13760. v. L. d. e

Caprorius Belin Aedituus Oberburg:

Gloria



Paulus Paraune
Gloria in excel

Pose

A ab cde
Marcus Vicher
608
Marcus Vicher

Valentinus Coruinus Aedituus Obernbur
gensis Anni Domini 1608.

Sebastyannus Sherar



Missale iuxta ritum
Alme aquileyen
sis ecclesie

K K
LYCEAL
BIBLIOTHEK
ZAIBACH

1517



Etsi sacrosanctā Romanam ecclesiam in his que sunt fidei sequi oportet: ⁊ oīno tenetur ea que ipsa ⁊ tenet ⁊ docet: Diuersas tamē consuetudines pro more diuersarum ecclesiarū in missis ac diuinis ceteris celebrādis amplecti par est: sicut scōꝝ patrū doctrinis ꝓrsus sancitur. Hoc Gregorius Augustino Angloꝝ Epo scribēs ꝯfirmat i hec v̄ba: videlicet mihi (inqt) placet vt siue i romana: siue Galliarum: seu in qualibet eccl̄ia aliqd inuenisti: qd̄ plus oīpotēti deo possit placere: solicite eligas. Nam vt inquit doctor sanctus scd̄a scd̄e. q. xciij. Diuerse ꝯsuetudines ecclesie in cultu diuino in nullo veritati repugnant. Et ideo sunt seruande preterireq; illas illicitum est. Nō eni in vna fide officit i dei ecclesia diuersitas taliū: quēadmodum habetur in canone de trina. de con. dis. iiij. ⁊ late in concilio Toletano. c. de his. xij. dis. c. Cauetur. Etenim ibi tradit̄ sic. Placuit scō ꝯcilio: vt Metrapolitane sedis auctoritate coacti vniuscuiusq; ꝓuincie ciues rectoresq; eccl̄iaꝝ vnū eūdēq; in psallēdo teneāt modū: quē a Metropolitana sede cognouerit institutū vetatq; ab ipsa i huiusmodi disiūgi. Premissoꝝ rō efficax est de apl̄i snīa solidiore deprōpta Ad hebreos. xiij. Ne qs circūferatur oī vēto doctrine. Aliquid in. c. Nolite. xj. di. Secutus ꝓinde piū studiū viri spectabilis ac deuoti Joānis osualdi Augusteñ. q modo īprimēdis missalibus libris ex istitutis saluberrimis ac ordinarijs rubricis sctē Aquileyeñ. ecclesie ꝓrsus incūbit: ego Jacobus Gordinus Marianeñ. eiusdē humilis archidiaconus ⁊ canonicus ea cū charitate vt supra digessi: ne quis sacroꝝ canonū in eo fortassis vel transgressor vel omissionis reus deprehendat̄: qui de ignorantie cecitate querat clyppeū exultatiōis deinceps ꝓtēdere: q̄ i dicendis missis vel ceteris sacrū ⁊ ꝑpetuū ritū hunc intra Aqleyeñ. ꝓuinciaꝫ nō sequat̄. Et ꝓfecto de temeritate corripiēdus est: qui patrū decreta non seruat. xx. di. c. Si decreta. Accedit p̄terea q̄ qui in aditis augusti ac celeberrimi tēpli Aquileyeñ. versatus: ibi ab ipsa pene infantia coalui lacte sane materno educatus eiusdē ecclesie sancte: rudimentaq; prima imbibens in ipsa: nunc demū in seniū vergēs nō debui deesse tanto Osualdi nostri de ipsa amplissima Metropoli optime ꝯcepto feruori. Imperiosior mihi ēt vis ⁊ auctoritas cetus venerabiliū patrū canonicoꝝ ita iniunxit effecitq; oīno: qbus refragari nō licuit. Ut igit̄ secularia maxime omittamus: cum his tm̄ suaue colloquiū cōmiscētes q spūali iocūditati cōmunicationis ⁊ fractionis panis in dño īsistūt: hortamur: ne tāte sedis posthabeāt decreta: ne celestia dona cōtēnant q̄ ab ipso apostoloꝝ pricipe Petro eiusdem in baptismate filio Marco euāgelista sublimi p̄uio in chr̄o fundamenta sua locauit: q̄ sanctoꝝ deinde q̄plurimoꝝ effuso ꝓ fide cruore bene impactis parietibus qui non veterascunt: Adhuc deuotione maxima confluentium populoꝝ vere petre q̄ xp̄s est firmitati innixa subsistit: Hereti

corꝝ terror. Hieronymus ĩ explanatione sacri symboli gl̃iat̃ se de fide illuꝫ ordinẽ seq̃ quẽ ĩ Aqleyeñ. eccl̃ia lauacro gr̃e suscepit. Ruffinus presbyter nr̃ nõ minima portio doctorꝝ: q̃ de trãsferẽdo de greco in latinũ elegãs ingeniũ habuit: hoc idẽ de ipsa eccl̃ia scã: deq̃ seipso dicit qd̃ Hieronymus. Longũ esset huius p̃riarchalis eminentissime sedis: ecclieue sanctissime p̃rogatiuas attingere. Et illustrioris quõdaꝫ ciuitatis retro triũphos: primordia cuiuꝫ ab Romanis rerꝝ dñis ideo ibi sunt iacta: vt illa barbaris incũbentibus opponeret̃: successuꝫ deinde faustos cũ in coloniã latinã deducta nobilitatẽ liberam: ꝯspicuos senatores: reuerẽdos flamines: insignes sacerdotes habuit: purpura ac sceptro clara: qñ ingẽtis felicitatis sue gloria Maximianũ Cõstantinũq̃ augustos lautius excipit: cũ amoris ꝯiunctione maxima filiã imperatori in ea impator collocat. Quãdo Theodosiũ attollit: Maximũ deijcit: dispoliat: mactat: ⁊ cũ Juliã ex Tybero fecundã augusti filiã plurimũ venerat̃. Inq̃ lachrymas pium lectorẽ pertraherẽ: si Attile in eaꝫ truculẽtiaꝫ percenserez. Si quo mõ attriuit Goth⁹: hũnus rapuit: Alanus hinc plurima abstulit. Quẽadmodũ etate nr̃a Turchus conatus celesti beneficio nõ preualuit. Esto aliqñ syri Ticineñ. vaticinio obnoxia iacuerit ⁊ sit excidiuꝫ passa. Inest tñ precordijs mortalium reuerentia summa: petunt ecclesiam hanc agmina deo deuota: gẽs scã: populus acq̃sitionis. Hic diluere pcã: hic piare flagitia optimũ putãt. Perstat etiã nũc nec minor q̃ꝫ prius populoꝝ studiosa deuotio: ꝑegrinoꝝ frequẽtat̃ accessu: huius ĩ ꝓuinciales latissima ditio: ⁊ in alias atq̃ alias diffusa: ciuitas nr̃a adhuc longe coruscat. Intra hui⁹ limites ⁊ mẽsurã sunt ciuitates: sunt oppida: sunt castella: ⁊ hec hodie Aqleyã efficiũt pariter: nõ muroꝝ tñ ambitus veternoꝝ. Virginũ btissime Marie dicat̃: patronos alios atq̃ alios sortita q̃ apud deũ in celestibus interpellãt. Hermagorã p̃cipuũ cũ suo fortunato: Hellaruꝫ: Tacianum: Largũ: Largiũ. Dionysiũ: Felicẽ: itẽ ⁊ Fortunatũ: Hermogenẽ ⁊ Anicios ipsos. Canciũ: Cancianum: Cancianillam de genere Charini imperatoris. Quirinũ philippi senioris filium qui vtriusq̃ pãnonie rex ex Romanis imperatoribus primus christi fidem admisit. Virgunculas deo sacras Eufemiam Dorotheam Teclam Herasmam in dei ecclesia primitiua ⁊ suo sexu martyrum primas: Alios q̃ꝫ plurimos pariter qui in sacre dormitionis thoro in ecclesia ipsa sanctuario venerabili reconduntur. Erit igitur deo omnipotenti acceptus: quisquis tot sanctorum eius ⁊ ex spiritu sancto patrum reuerendissimorum documenta secutus in diuinis precipuus cultor extiterit. Institutaue sancta Aquileyen. ecclesie huius fuerit non segnius secutus: meditaturus nouissima de via mortalitatis viator indefessus prosperum iter faciens ad celestia auctore domino salutarium bonorum.

IN- 03000 2576

KL Januarius habet dies.xxx.f. Luna.xxx.
Nox habet horas.xvj. Dies vero.viij.

A Januarij Circuncisio domini.maius duplex.
b iiij no. Octaua sancti stephani.ix.lectionum.
c iij no. Octaua sancti ioannis.ix.lectionum.
d ij no. Octaua sanctoꝝ innocentium.ix.lectionum.
e Nonas Vigilia
f viij id' Epiphania domini.maius duplex.
g vij id'
A vj id'
b v id'
c iiij id'
d iij id' Paulini patriarche.ix.lectionum.
e ij iij'
f Idus Octaua epiphanie.ix.lectionum.
g kal' Februarij
A xviij kal'
b xvij kal' Marcelli pape ⁊ martyris.ix.lectionum.
c xvj kal' Antonij abbatis.ix.lectionum.
d xv kal'
e xiiij kal' Marij ⁊ marthe.iij.lectionum.
f xiij kal' Fabiani ⁊ sebastiani.ix.lectionum.
g xij kal' Agnetis virginis ⁊ martyris.ix.lectionū.
A xj kal' Vincentij martyris.iij.lectionum.
b x kal'
c ix kal'
d viij kal' Conuersio sancti pauli.duplex.
e vij kal' Policarpi episcopi ⁊ martyris.iij.lectionum.
f vj kal' Joannis crisostomi.ix.lectionū.
g v kal' Octaua sancte agnetis.iij.lectionū.
A iiij kal' Juliani de bono albergo.ix.lectionum.
b iij kal'
c ij kal' Translatio sancti marci euangeliste.ix.lectionum.

KL Februarius habet dies.xxviij. Luna.xxix.
Et quando est bisextus habet dies.xxix. Luna.xxx.
Nox habet horas.xiiij. Dies vero.x.

o	Februarij		Brigide virginis.iij.lectionum.cum pleno officio.
e	iiij	no.	Purificatio beate marie virginis.maius duplex
f	iij	no.	Blasij episcopi ⁊ martyris.ix.lectionum.
g	ij	no.	
A	Nonas		Agathe virginis ⁊ martyris.ix.lectionum.
b	viij	id⁹	Dorothee virginis ⁊ martyris.iij.lectionum.
c	vij	id⁹	
d	vj	id⁹	
e	v	id⁹	
f	iiij	id⁹	Scolastice virginis.iij.lectionum.
g	iij	id⁹	
A	ij	id⁹	
b	Idus		
c	xvj	kal	Martij Valentini episcopi ⁊ marty.iij.lectionum.
d	xv	kal	
e	xiiij	kal	Juliane virginis.cum pleno officio.
f	xiij	kal	Crisanti ⁊ socioꝝ. In aquileya duplex.
g	xij	kal	
A	xj	kal	
b	x	kal	
c	ix	kal	
d	viij	kal	Cathedra sancti petri. cum pleno officio
e	vij	kal	Vigilia
f	vj	kal	Mathie apostoli.duplex.
g	v	kal	
A	iiij	kal	
b	iij	kal	
c	ij	kal	

BE Bartius habet dies.xxxj. Luna.xxx.
Nox habet horas.xij. Dies vero.xij.

o Bartij
e vj no.
f v no.
g iiij no.
A iij no.
b ij no.
c Nonas
d viij id⁹
e vij id⁹
f vj id⁹
g v id⁹ Quadraginta martyrum. ix. lectionum.
A iiij id⁹ Gregorij pape. duplex
b iij id⁹
c ij id⁹
d Idus
e xvij kal Aprilis Hellari & dacani In aquileya duplex
f xvj kal
g xv kal
A xiiij kal
b xiij kal
c xij kal Benedicti abbatis. cum pleno officio
d xj kal
e x kal
f ix kal
g viij kal Annũciatio marie virginis. maius duplex.
A vij kal
b vj kal
c v kal
d iiij kal
e iij kal
f ij kal

Thome de aqno cõfessõ. ix. lectionũ. Perpetue & felicitatis. iij. lectionum.

KL Aprilis habet dies .xxx. Luna .xxix.
Nox habet horas .xj. Dies vero .xiij.

g	Aprilis		
A	iiij	no.	
b	iij	no.	
c	ij	no.	
d	Nonas		Agape ciconie ⁊ hyrene. In aquileya. duplex.
e	viij	id⁹	
f	vij	id⁹	
g	vj	id⁹	
A	v	id⁹	Marie egyptiace. iij. lectionum.
b	iiij	id⁹	
c	iij	id⁹	
d	ij	id⁹	In aquileya duplex.
e	Idus		Inuentio corporum cantiani grisogoni ⁊ prothi.
f	xviij	kal	Maij Tiburcij ⁊ valeriani. iij. lectionum.
g	xvij	kal	
A	xvj	kal	
b	xv	kal	
c	xiiij	kal	
d	xiij	kal	
e	xij	kal	
f	xj	kal	
g	x	kal	
A	ix	kal	
b	viij	kal	Georgij martyris. ix. lectionum.
c	vij	kal	Marci euangeliste. duplex. Letania maior.
d	vj	kal	
e	v	kal	
f	iiij	kal	Uitalis martyris. iij. lectionum.
g	iij	kal	
A	ij	kal	

KL Maius habet dies.xxxj.Luna.xxx.
Nox habet horas.ix.dies vero .xv.

b	Maij		Philippi ⁊ iacobi apostolorum.duplex.
c	vj	no.	Sigismundi regis.In aquileya duplex.
d	v	no.	Inuentio sancte crucis.cum pleno officio.
e	iiij	no.	Floriani martyris.iij.lectionum.
f	iij	no.	
g	ij	no.	Joannis ante portam latinam.ix.lectionum.
A	Nonas		
b	viij	id⁹	Apparitio sancti Michaelis.ix.lectionum.
c	vij	id⁹	
d	vj	id⁹	Gordiani ⁊ epimachi.iij.lectionum.
e	v	id⁹	
f	iiij	id⁹	Nerei ⁊ achillei ⁊ pancracij.iij.lectionū.
g	iij	id⁹	
A	ij	id⁹	
b	Idus		
c	xvij	kal	Junij
d	xvj	kal	
e	xv	kal	
f	xiiij	kal	
g	xiij	kal	
A	xij	kal	
b	xj	kal	
c	x	kal	
d	ix	kal	
e	viij	kal	
f	vij	kal	
g	vj	kal	
A	v	kal	
b	iiij	kal	
c	iij	kal	
d	ij	kal	Cancij canciani ⁊ cancianille.duplex.

✠ v

KL Junius habet dies.xxx. Luna.xxix.
Nox habet horas.viij. Dies vo.xvj.

e	Junij		
f	iiij	no.	Marcellini petri ⁊ erasmi.iij.lectionum.
g	iij	no.	
A	ij	no.	Quirini episcopi ⁊ martyris. In aquileya duplex.
b	Nonas		
c	viij	id'	
d	vij	id'	
e	vj	id'	
f	v	id'	Primi ⁊ feliciani.iij.lectionum.
g	iiij	id'	
A	iij	id'	Barnabe apostoli. duplex.
b	ij	id'	
c	Idus		Antonij fratris minorum.ix.lectionum.
d	xviij	kal'	Julij Prothi martyris. In aquileya duplex
e	xvij	kal'	Viti modesti ⁊ crescentie.ix.lectionū
f	xvj	kal'	
g	xv	kal'	Cirie ⁊ musce virginū ⁊ martyr. In aqleya duplex.
A	xiiij	kal'	Marci ⁊ marcelliani.iij.lectionum
b	xiij	kal'	Gervasij ⁊ protbasij.ix.lectionum
c	xij	kal'	
d	xj	kal'	
e	x	kal'	Achacij ⁊ socioꝝ eius.ix.lectionū
f	ix	kal'	Vigilia.
g	viij	kal'	Natiuitas sancti ioannis baptiste. duplex.
A	vij	kal'	
b	vj	kal'	Joannis ⁊ pauli martyrum.ix.lectionum.
c	v	kal'	
d	iiij	kal'	Vigilia.
e	iij	kal'	Petri ⁊ pauli apostolorum. duplex
f	ij	kal'	Commemoratio sancti pauli. duplex.

KE Julius habet dies.xxxj. & una.xxx.
Nox habet horas.ix. Dies vero.xv.

g	July		Octaua sancti ioannis baptiste.ix.lectionum.
A	vj	no.	Uisitatio beate virginis duplex. Processi & martinia-
b	v	no.	(ni.ix.lectionum.
c	iiij	no.	Udalrici episcopi.ix.lectionum.
d	iij	no.	
e	ij	no.	
f	Nonas		
g	viij	id⁹	
A	vij	id⁹	
b	vj	id⁹	Septem fratrum. In aquileya duplex.
c	v	id⁹	Pij pape & martyris.cum pleno officio.
d	iiij	id⁹	Hermachore & fortunati In aqleya.duplex maius.
e	iij	id⁹	Dedicatio alme ecclesie aqleyēsis.maius duplex.
f	ij	id⁹	
g	Idus		Diuisio apostolorum.cum pleno officio.
A	xvij	kal'	Augusti
b	xvj	kal'	Alexij confessoris.ix.lectionū.
c	xv	kal'	
d	xiiij	kal'	Octaua beati hermachore & fortunati.ix.lectionum.
e	xiij	kal'	Margarete virginis.ix.lectionum.
f	xij	kal'	Praxedis virginis.iij.lectionum.
g	xj	kal'	Marie magdalene.cum pleno officio.
A	x	kal'	Apollinaris episcopi & martyris.iij.lectionū.
b	ix	kal'	Christine virginis & martyris.ix.lectionuz. Uigilia.
c	viij	kal'	Jacobi apostoli.duplex. xp̄ofori marty.ix. lectionum
d	vij	kal'	
e	vj	kal'	
f	v	kal'	Pantaleonis martyris.ix.lectionum.
g	iiij	kal'	Marthe hospite christi.ix.lectionum.
A	iij	kal'	Abdon & sennen.iij.lectionum.
b	ij	kal'	

✠ vj

KL Augustus habet dies .xxxj. Luna .xix.
Nox habet horas .xj. Dies vero .xiij.

c Augusti Vincula sancti petri cum pleno officio.
d viij no. Stephani pape ⁊ martyris .iij. lectionum.
e iij no. Inuentio sci stephani pthomartyris cum pleno officio.
f ij no.
g Nonas Festū nīuis. duplex. Dñici ꝓfessoris. cū pleno officio.
A viij id' Sixti felicissimi ⁊ agapiti .iij. lectionū.
b vij id' Afre ⁊ sociorum eius martyrum .iij. lectionum.
c vj id' Ciriaci ⁊ sociorum .iij. lectionum.
d v id' Vigilia.
e iiij id' Laurentij martyris. duplex.
f iij id' Tyburtij martyris .iij. lectionū.
g ij id'
A Idus Hippolyti ⁊ sociorum eius .ix. lectionū.
b xix kal Septēbris. Felicis ⁊ fortunati in aqleya dupl'. Vigilia.
c xviij kal' Assumptio beate virginis maius. duplex.
d xvij kal'
e xvj kal' Octaua sancti laurentij .iij. lectionum.
f xv kal' Agapiti martyris .ix. lectionū.
g xiiij kal'
A xiij kal' Bernardi abbatis .ix. lectionum.
b xij kal' Bonati ⁊ sociorum eius martyrum .ix. lectionum.
c xj kal' Octaua assumptionis .ix. lectionum.
d x kal' Hermogenis ⁊ fortunati In aquileya duplex. Vigilia.
e ix kal' Bartholamei apostoli duplex.
f viij kal'
g vij kal'
A vj kal' Translatio scōꝝ hermachore ⁊ fortunati cū ple. officio.
b v kal' Augustini episcopi. duplex.
c iiij kal' Decollatio beati ioannis baptiste. cum pleno officio.
d iij kal' Juliani martyris .ix. lectionum.
e ij kal' Felicis ⁊ adaucti martyrum .iij. lectionum

KL September habet dies.xxx.Luna.xxx.
Nox habet horas.xij.Dies.vero.xij.

f Septēbris Egidij abbatis.cum pleno officio.
g iij no.
A ij no.
b j no.
c Nonas
d viij id⁹
e vij id⁹
f vj id⁹ Natiuitas sancte marie virginis.maius duplex.
g v id⁹ Adriani martyris.iij.lectionum.
A iiij id⁹
b iij id⁹ Prothi ⁊ iacinti.iij.lectionum.
c ij id⁹
d Idus Septē dormiētiū.ix.lectio. Cnelij cypriani.ix.lectionum.
e xviij kal' Octobris Exaltatio scē crucis cum pleno officio. Cor-
f xvij kal' Octaua nati.vginis marie.ix.lectionum.
g xvj kal' Euphemie lucie ⁊ geminiani martyrum.iij.lectionum
A xv kal' Lamperti episcopi ⁊ martyris trium lectionum
b xiiij kal' In aquileya duplex
c xiij kal' Euphemie dorothee tecle ⁊ erasme martyrum.
d xij kal' Eustachij ⁊ sociorum eius nouē lectionum. Vigilia.
e xj kal' Matthei apostoli ⁊ euangeliste.duplex.
f x kal' Mauritij ⁊ sociorum eius martyrum.iij.lectionum.
g ix kal'
A viij kal'
b vij kal'
c vj kal' Octaua quattuor virginum.trium lectionum.
d v kal' Cosme ⁊ damiani.ix.lectionum.
e iiij kal'
f iij kal' Michaelis archangeli.duplex.
g ij kal' Hieronymi presbyteri ⁊ confessoris.duplex.

KL October habet dies.xxxj. Luna.xxx.
Nox habet horas.xiiij. Dies vero.x.

H Octobris Remigij germani ⁊ vedasti antistitum.iij.lectionum
b vj no.
c v no.
d iiij no. Francisci confessoris.ix.lectionum.
e iij no.
f ij no. Fidis virginis.ix.lectionnum
g Nonas Marci pape ⁊ confessoris. In aquileya duplex
H viij id⁹
b vij id⁹ Dionysij rustici ⁊ eleutherij.iij.lectionum.
c vj id⁹ Gereonis ⁊ sociorũ eius. In aquileya duplex.
d v id⁹
e iiij id⁹
f iij id⁹
g ij id⁹ Calixti pape ⁊ martyris.iij.lectionum.
H Idus
b xvij kal Nouembris. Galli abbatis.ix.lectionum.
c xvj kal
d xv kal Luce euangeliste. duplex.
e xiiij kal
f xiij kal
g xij kal Undecim milium virginum.ix.lectionum.
H xj kal
b x kal
c ix kal
d viij kal
e vij kal
f vj kal .igilia.
g v kal Symonis ⁊ Iude apostolorum. duplex.
H iiij kal
b iij kal
c ij kal Vigilia.

BL Nouember habet dies.xxx. Luna.xxx.
Nox habet horas.xv. Dies vero.ix.

o Nouembris Festum omnium sanctorum.ma.duplex.
e iiij no. Cōmemoratio oium aiaꝝ.cū pleno officio. Justi mar-
f iij no. tyris.ix. lectionum.
g ij no.
A Nonas
b viij id' Leonardi confessoris.ix.lectionum
c vij id'
d vj id' Quattuor coronatorum.ix.lectionum
e v id' Theodori martyris.ix.lectionū
f iiij id' Vigilia.
g iij id' Martini epi.cū pleno officio. Menne martyris.
A ij id' In aquileya duplex
b Idus Briccij episcopi.iij.lectionum.
c xviij kal' Decembris
d xvij kal'
e xvj kal' Othmari abbatis.iij.lectionum.
f xv kal'
g xiiij kal' Octaua sancti martini.iij.lectionū
A xiij kal' Elisabet viduę.cum pleno officio.
b xij kal'
c xj kal' Mauri martyris.iij.lectionum.
d x kal' Cecilie virginis.ix.lectionum
e ix kal' Felicitatis ꝛ filiorum eius. In aquileya duplex
f viij kal' Grisogoni martyris. In aquileya duplex
g vij kal' Katherine virginis.cum pleno officio
A vj kal' Cōmemoratio bti clemētis pape ꝛ mar.ix.lectionum.
b v kal'
c iiij kal'
d iij kal' Vigilia
e ij kal' Andree apostoli.duplex

KL Decembꝛ habet dies.xxxj.Luna.xxix.
Nox habet horas.xvj.Dies vero.viij.

f Decembꝛis
g iiij no.
A iij no.
b ij no. Barbare virginis.ix.lectionū.
c Nonas
d viij id⁹ Nicolai epi ⁊ ꝓfessoꝛis cum pleno officio.
e vij id⁹ Ambꝛosij epi ⁊ confessoꝛis. duplex.
f vj id⁹ Conceptio gloꝛiose virginis marie. duplex.
g v id⁹ Syri episcopi ⁊ confessoꝛis.ix.lectionū.
A iiij id⁹
b iij id⁹
c ij id⁹
d Idus Lucie virginis ⁊ martyris. cum pleno officio.
e xix kal Januarij
f xviij kal
g xvij kal
A xvj kal
b xv kal
c xiiij kal
d xiij kal Vigilia.
e xij kal Thome apostoli. duplex.
f xj kal
g x kal
A ix kal Vigilia natiuitatis dñi. duplex.
b viij kal Natiuitas dñi. duplex maiꝰ. Anastasie v̄ginis ⁊ mr̄is.
c vij kal Stephani protomartyris. duplex. Jnaquileya duplex.
d vj kal Joannis apostoli ⁊ euangeliste. duplex. Zoilli ꝓfes. Jn-
e v kal Sanctoꝝ inocentiuꝫ. duplex. Caquileya. ix. lectioñ.
f iiij kal Thome archiepiscopi ⁊ martyris. ix. lectioñ.
g iij kal
A ij kal Siluestri pape ⁊ confessoꝛis. ix. lectioñ.

A			A	Agathe virginis	
b			b	Dorothee	xvij
c			c		vj
d	Prisce virginis	xvj	d		
e		v	e		xiiij
f	Fabiani		f	Scolastice	iij
g	Agnetis	xiij	g		
A		ij	A		xj
b			b		
c	Timothei	x	c	Valentini	xix
d	Conuersio' pauli		d		viij
e	Policarpi	xviij	e	Juliane virginis	
f		viij	f		
g			g		
A		xv	A	Juliani martyris	
b		iiij	b		
c			c		
d	Brigide	xij	d	Cathedra petri	
e	Purificatio marie	j	e		
f			f	Mathie apostoli	
g		ix	g		

¶ Septuagesimá alicuius anni propositi sic inuenies. Lra dominicalis aureoq; numero anni propositi in rotula sequenti inuentis: Aureũ numerum in tabula septuagesime queras: quo inuento ꝓxima dñica post aureũ numerum: aut eadẽ die si littera dominicalis ⁊ aureus numerus i vno continenť die: septuagesima i anno communi celebratur. In anno vero bisextili per primam litteram dominicalem anni propositi in rotula inuentam: semper post aureũ numerum septuagesimá queras. Hunc vlterius a septuagesima numera tres hebdomadas ⁊ habebis quadragesimum. Post hoc numera sex hebdomadas ⁊ habebis festũ pasche. Et post quinq; rogationuz. Deinde post quattuordecim dies habebis festuz penthecostes. Et post duodecim dies ambobus festis inclusis habebis festum corporis xpi. ℣. A septuagesima numera tres fit tibi quadra. Sed post sex pascha: post qnq; fit tibi roga. Post bis sepq; dies fit festũ spũs almi. Et post duod xpi celebratur corporis festũ. Aduentus dñi q etiã aliqualiter videť esse festũ mobile quecũq; fuerit lra dominicalis semper celebratur in ꝓxima dñica post festũ lini quod est in crastino sancte catherine: ⁊ si tale festum in dominica ceciderit: tunc aduentus domini celebratur dominica sequenti. ℣. Aduẽtus dñi sequiť solenia lini.



Litteram dominicalem ad annum propositum scire si cupis In littera c rotule exteriozis circa crucem posita. M. cccc. xc. numerare incipe pzo annis futuris dextrozsum: z preteritis sinistrozsum tunc occurret tibi in loco anni tui propositi littera dominicalis. Si vero due littere tibi occurrerint annus talis erit bisextilis. Cuius littera prime r otule ad festum matthie apostoli. Alia autem littera secunde rotule in sequenti parte anni pzo littera dominicali computabitur. Sic aureum numerum anni propositi in tertia rotula inuenies in numero. ix. prope lineam crucis. M. cccc. xc. numerare incipe z aureus numerus in loco anni propositi tibi occurret. Consequenter in quarta rotula interiozi inditionez inuenies: vt supza de alijs dictum est. Et finita rotula aliqua numerando reincipiatur quoniam perpetuo durabit.

¶ Tabula inueniendi missas de tẽpore: ⁊ de sanctis alphabetico more: ⁊ reliqua ex ordine huius missalis consignata foliorum quotto faciliter ostentans: ⁊ primo de tẽpore.

Dñica prima ĩ aduẽtu dñi. fol. j
Dñica secunda in aduentu ij
Dominica tertia in aduentu iij
Sabbato quattuor temporum in aduentu domini v
Dominica quarta in aduentu vij
Natiuitatis domini viij
Dñica post natiuitatẽ dñi xiiij
Circuncisionis domini xiiij
Epiphanie domini xv
Dñica prima post epiphaniã xvj
Dominica secunda xviij
Dominica tertia xix
Dominica quarta xx
Dominica quinta xx
Dominica sexta xxj
Dominica in septuagesima xxj
Dominica in sexagesima xxiij
Dñica in quinquagesima xxiiij
In capite ieiunij seu feria quarta cinerum xxv
Dñica pria ĩ q̃dragesima xxix
Sabbato quattuor temporũ post cinerum xxxiij
Dominica secunda xxxv
Dominica tertia xl
Dominica quarta lxvj
Dominica in passione dñi liij
Dominica palmarum lvij
Cene domini lxvij
Parasceues lxviij
Uigilia pasche lxxiij
Dominica pasche lxxix
De lancea domini lxxxiiij
Dñica prima post pascha lxxxiij
Dominica secunda lxxxv
Dominica tertia lxxxvj
Dominica quarta lxxxvij.
Letania maior lxxxviij.
Ascensionis domini lxxxix.
Dñica post ascensionẽ lxxxix.
Dominica penthecostes xcij.
Sabbato quattuor temporuz post penthecosten xcv.
Trinitatis vel octaua pẽthe. cxvj.
Corporis christi xcvij.
Regule de modo obseruandi in officijs xcvij.
Et in terra pax hominibus xcviij.
Credo in vnum deum xcviij.
Canon minor xcviij
Prefationes xcix
Dñica prima post pẽthe. cxxj
Dominica secunda cxxij.
Dominica tertia cxxiij.
Dominica quarta cxxiiij.
Dominica quinta cxxv.
Dominica sexta cxxvj.
Dominica septima cxxvij.
Dominica octaua cxxviij.
Dominica nona cxxix.
Dominica decima cxxx.
Dominica vndecima ccxxxj.
Dominica duodecima cxxxij.
Dominica tredecima cxxxiij
Dominica decimaq̃rta cxxxiiij.
Dominica quindecima cxxxv.
Dominica sextadecima cxxxvj.
Dominica decimaseptim̃a cxxxvij.
Sabbato quattuor temporum in mense septembris cxxxix.
Dominica decimaoctaua cxl.
Dominica decimanona cxlj.
Dominica vicesima cxlij.
Dñica vicesimaprima cxliij.
Dñica vicesimasecunda cxliiij.
Dñica vicesimatertia cxlv.
Dñica vicesimaquarta cxlvj.
Dñica vltima post pẽthe. cxlvj.

¶ Registrum de sanctis per circulum anni iuxta ordinem alphabeti.

Andree apostoli cxlviij
Ambrosij archiepi cl.
Anastasie virginis clj.
Antonij abbatis cliij.
Agnetis virginis ⁊ mar. clj.
Agathe virginis clv.
Annūciationis btē marie v̄. clix.
Agape cionie ⁊ hirene. v̄. clix.
Alexandri ⁊ sociorum clxij
Apparitio sci michaelis. clxiiij
Antonij p̄fes. ordinis mino. clxvj.
Achacij ⁊ sociorum eius clxvj.
Alexij confessoris clxxiiij.
Appollinaris martyris clxxv.
Annę matris marie clxxv.
Abdon ⁊ sennen martyrū clxxvj.
Affre ⁊ sodalium eius. clxxviij.
Assūptionis marie v̄ginis clxxx.
Agapiti martyris clxxxj.
Augustini episcopi cxxxij.
Adriani martyris clxxxiiij.
Barbare virginis ⁊ mar. cxlix.
Brigide virginis cliiij.
Blasij episcopi clv.
Benedicti abbatis clviij.
Barnabe apostoli clxv.
Braxedis virginis clxxiiij.
Bernardi cōfessoris clxxxj.
Bartholomei apostoli clxxxij.
Bricij epi ⁊ p̄fessoris cxcj.
Cōceptiōis btē marie v̄gi. cl.
Cōuersiōis sci pauli apli cliij.
Chrisostomi episcopi cliiij.
Crisanciani ⁊ sociorum eius clvij.
Cathedra sancti petri clvij.
Cancij cancianj ⁊ cācianille clxiiij.
Cirie ⁊ muscę virginum clxvj.
Cōmemoratio sancti pauli clxiij.
Cristine virginis clxxv.
Cristophori martyris clxxv.
Cyriaci ⁊ sociorum eius clxxix.
Corbiniani confessoris clxxxiiij
Cornelij ⁊ cipriani marty. clxxxv.
Cosme ⁊ damiani mar. clxxxvij.
Calixti pape ⁊ martyris clxxxviij
Cecilie v̄ginis ⁊ mar. cxcij.
Crisogoni martyris cxcij.
Catherine virginis cxcij.
Clementis pape cxcij.
Dorothee v̄ginis ⁊ mar. cxcvij.
Diuisionis apostolorum clxxviij.
Dominici cōfessoris clxxviij.
Donati martyris clxxxviij.
Donati ⁊ sociorū eius clxxxj.
Danielis prophete clxxxij.
Decollatiōis sci ioānis. ba. clxxxiij.
Dyonisij ⁊ sociorum eius clxxxviij.
Eraſmi epi ⁊ mar. clj.
Egidij cōfessoris clxxxiiij.
Exaltationis scē crucis clxxxv.
Eufemie dorothee tecle clxxxvj.
Eustachij ⁊ sociorum clxxxvj.
Elisabeth vidue cxcj.
Fabiani ⁊ sebastiani mar. clj.
Floriani martyris clxij.
Felicissimi ⁊ agapiti mar. clxxviij.
Felicis ⁊ fortunati mar. clxxx.
Felicis ⁊ adaucti martyrum clxxxiij.
Fidis virginis ⁊ mar. clxxxviij.
Francisci confessoris clxxxviij.
Felicitatis martyris cxcij.
Gregorij pape clviij.
Georgij martyris clx.
Gordiani ⁊ epimachi mar. clxiij.
Gerualij ⁊ protbasij mar. clxvj.
Gereonis ⁊ sociorum eius. clxxxviij.
Galli abbatis clxxxix.
Hellari ⁊ vaciani clviij.
Helene regine clxiiij.
Hermachore ⁊ fortunati clxxij.
Hippolyti ⁊ sociorum eius clxxx.
Hermogenis ⁊ fortunati clxxxj.

Hieronymi p̄sbyteri clxxxviij.
Iuliani hospitis ⁊ p̄fess. clvij.
Juliane virginis clvi.
Joseph sponsi genitr̄. dei clvij
Jnuentio sanctorum corporum cancij canciani ⁊ cancianille clx.
Jnuentio sancte crucis clxij.
Joānis ante portā latinam clxiij.
Joannis baptiste clxvij.
Joannis ⁊ pauli martyrum clxviij.
Jacobi apostoli clxxv.
Jnuentionis sci stephani clxxvij.
Juliani martyris clxxxiiij.
Justi martyris cxcj.
Lucie virginis clj.
Letania maior. si festo sancti marci clxj.
Laurentij martyris clxxix.
Lucie eufemie ⁊ gemi. clxxxv.
Luce euangeliste clxxxix.
Lamperti confessoris clxxxv.
Leonhardi p̄fessoris cxc.
Marcelli pape clij.
Matthie apostoli clvij.
Marie egyptiace clx.
Marci euangeliste clxj.
Marcellini ⁊ petri mar. clxv.
Marci ⁊ marcelliani mar. clxvj.
Margarethe virginis clxxiiij.
Marie magdalene clxxiij.
Marthe hospite christi clxxvj.
Matthei apli ⁊ euange. clxxxvj.
Mauricij ⁊ socior eius clxxxvj.
Michaelis archangeli clxxxvij.
Marci pape clxxxviij
Martini ep̄i cxcj.
Menne martyris cxcj.
Mauri abbatis cxcij.
Nicolai episcopi cxlix.
Nerei ⁊ achillei clxiij.
Nivis festū v̄ginis marie clxxvij.
Natiuitatis marie clxxxiij.
Otilie virginis clj
Octaua sancte agnetis clxij.
Octa. sci ioannis bap. clxx.
Octa. apl̄or petri ⁊ pauli clxxij.
Octaua sci laurentij clxxxj.
Octaua assūptiōis marie clxxxj.
Omnium sc̄or cxc.
Othmari abbatis cxcj.
Paulini patriarche ⁊ p̄fes. clij.
Prisce virginis clj.
Policarpi martyris clxij.
Purificationis marie clv.
Philippi ⁊ iacobi apl̄or clxj.
Pangratij martyris clxiij.
Potentiane virginis clxiij.
Primi ⁊ feliciani martyrū clxv.
Prothi martyris clxvj.
Petri ⁊ pauli apl̄or clxix.
Processi ⁊ martiniani clxxj.
Pij pape clxxij.
Panthaleonis martyris clxxvj.
Prothi ⁊ iacinthi mar. clxxxiij.
Quadraginta martyrū clviij.
Quirini martyris clxv..
Quattuor coronator cxc.
Ruperti confessoris clix.
Remigij germani ⁊ veda. clxxviij.
Rudperti episcopi ⁊ confessoris clxxxvj
Syri episcopi clj.
Siluestri pape clij.
Sebastiani martyris clij.
Scolastice virginis clvj.
Sigismundi regis clxij.
Septē fratrū martyrum clxxij.
Septē machabeorum clxxvj.
Stephani pape clxxvj.
Sixti pape ⁊ martyris clxxviij.
Septē dormientiū clxxxv.
Simonis ⁊ iude clxxix.
Thome apostoli clj.
Trāslationis. s. marci euāg. cliij.

Thome de aquino clvij.
Tiburtij ⁊ valeriani ⁊ maxi clx.
Transfigurationis dñi clxxvij.
Tyburcij martyris clxxx.
Timothei ⁊ simpho. clxxxij.
Translationis sanctorum hermachore ⁊ fortunati clxxxij.
Theodori martyris cxcj.
Vigilia scti andree cxlviij.
Vincētij martyris cliij.
Valentini martyris clvj.
Vitalis martyris clxj.
Urbani martyris clxiiij.
Viti modesti ⁊ crescētie clxvj.
Vigilia nat. scti Joānis bap. clxvij.
Vigilia scōꝝ petri ⁊ pauli clxviij.
Visitationis marie clxx.
Vdalrici ep̄i clxxj.
Vincula scti petri clxxvj.
Vigilia scti laurentij clxxix.
Vigilia assūptiōis marie clxxx.
Vigilia matthei apl̄i clxxxvj.
Vndecim miliū virginū clxxxix.
Vigilia oīum sanctoꝝ clxxxix.
Volfgangi ep̄i clxxxix.
Zoilli ep̄i ⁊ ꝯfessoris cxlvj.

Officia de cōi sctōꝝ ⁊ misse spāles cum generalibus collectis hic suo quotto subnotantur ⁊ rubro folio rum numero missalis comperient.

In vigilia vnius ⁊ plurimorum apostolorum. clxxxvij.
In natali apostoloꝝ clxxxviij.
De pluribus martyribus cxc.
De vno martyre cxciij.
De vno marty. ifra pasca cxcvij.
De confessoribus cxcvij.
De virginibus ccj.

Misse speciales.

In dedicatione ecclesie cciij.
In dedicatione altaris cciiij.
Dñica die missa de trinitate cciiij.
Feria secūda de sapiētia cciiij.
Feria tertia de sancto spū ccv.
Feria quarta de angelis ccv.
Feria quinta de charitate ccvj.
Feria sexta de sancta cruce ccvj.
Sabbato de veneratiōe beate marie virginis ccvj.
Missa pro peccatis ccix.
Missa ꝓpria sacerdotis ccx.
Missa de pestilentia ccx.
Missa pro salute viuoꝝ ccxj.
Missa pro pace ccxj.
Missa pro tribulatis ccxj.
Missa pro amico viuente ccxij.
Missa pro iter agētibus ccxiij.
Pro pluuia officium ccxiij.
Missa pro serenitate ccxiij.
Missa de functorum ccxvij.
Orones gñales. sec. ⁊ cōpl. ccxiiij.
Orones de oībus scis ccxiiij.
De scis q̄ꝝ reliqe sūt i loco ccxiiij.
Pro oī gradu ecclesie ccxiiij.
Pro papa nostro ccxv.
Pro imperatore ccxv.
Pro ep̄o nostro ccxv.
Pro amico ccxv.
Pro ꝯgregatiōe ⁊ familia ccxv.
Tpe synodi orones ccxv.
Pro cūcto ppl̄o xp̄iano ccxv.
Pro inimicis ccxv.
Pro elemosynarijs ccxv.
Pro concordia ccxvj.
Pro penitentibus ccxvj.
Pro nauigantibus ccxvj.
Pro viuis defunctis ccxvj.
Generalis oratio ccxvj.
Cōtra turcos siue pagāos ccxvij.
Cautele in officio misse obseruande ccxxij.
Defectus in missa contingentes ⁊ pericula ccxxiij.

Finis registri.



Scom̃ ꝓsuetudinẽ sancte Ecclesie Aquileyensis tẽporis officiũ incipit In aduentu dñi ad missam Dominica ꝑma Introitus.



Ad te leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neq; irrideãt me inimici mei etenim vniuersi: qui te expectant non confundentur. Vias tuas dñe demõstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Gloria in excelsis deo. non dicit. Excita q̃s dñe potentiã tuam ⁊ Dño. veni: vt ab iminẽtibus peccatoꝝ nostroꝝ periculis: te mereamur ꝓtegente eripi: ⁊ te liberante saluari. Qui cuꝫ. que oratio sola dicatur. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad romanos. xiij. capitulo. Fratres: Scientes q; hora est iaꝫ nos de somno surgere. Nũc enim ꝓpriꝰ est nostra salus q̃ꝫ cum credidimus. Nox ꝓcessit: dies aũt appropinq̃bit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ ⁊ induamur arma lucis: sicvt in die honeste ambulemus: non in cõ





messationibus ⁊ ebrietatibus: nō in cubilibus ⁊ impudicitijs: nō in contentione ⁊ emulatione: sed induimini dñm ihesum christum. Grad. Universi qui te expectant non confundentur domine. ℣. Vias tuas domine demonstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Alleluia. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam: ⁊ salutare tuum da nobis. Scōm mat. In illo tēpore: theum.xxj.cap. Cum appropinquasset ihesus hierosolymis: ⁊ venisset bethphage ad mōtem oliueti: tūc misit duos discipulos dicēs eis: Ite in castellum qđ contra vos est: ⁊ statim inuenietis asinam alligatam ⁊ pullum cū ea. Solute: ⁊ adducite mihi. Et siquis vobis aliquid dixerit: dicite quia dñs his opus habet ⁊ confestim dimittet eos. Hoc autem factū est: vt adimpleretur qđ dictum est per prophetam dicentē: Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam ⁊ pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precceperat illis ihesus. Et adduxerunt asinam ⁊ pullum: ⁊ imposuerunt super eos vestimenta sua: ⁊ eum desuper sedere fecerunt. Plurima autez turba straverunt vestimenta sua in via. Alij autem cedebant ramos de arboribus: ⁊ sternebant in via. Turbe autem que precedebant ⁊ que sequebantur: clamabant dicētes: Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Quindo dicitur. Offer. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta. Hec sacra nos dñe potēti virtute mundatos: ad suum faciant puriores venire principium. Per dominum nostrum ihesum ⁊c. Prefatio quotidiana. Communio. Dominus dabit benignitatem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum. Com plenda. Suscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostre ventura solennia congruis honoribus precedamus. Per. De deus beata virgi. Oratio. Deus qui de beate marie virginis vtero: verbum tuum angelo annūciante: carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricem credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominum. Secreta. Altari tuo quesumus domine supraposita munera spiritus sanctus benignus assumat: qui beate marie virginis viscera splendoribus sue vtutis repleuit. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem. Complē. Adesto domine populo tuo: vt que sumpsit fideliter: ⁊ mente sibi ⁊ corpore beate marie semp virginis intercessione custodiat. Per dominum nostrum. ℂ De omnibus sanctis. Oratio. Conscientias nostras domine quesumus visitando purifica: vt veniēs filius tuus dominus no

ster cum omnibus sanctis suis paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui te. Secreta. Ibi sit accepta quesumus domine deuotio nostra: que nos expiando tua gratiã dignos efficiat: ⁊ ad promissa sempiterna perducat. Per dominum nostrũ. Complẽ. Oncede quesumus omnipotens deus: vt in aduentu filij tui domini nostri iesu christi cum omnibus sanctis: placitis tibi actibus presentemur. per. Iste commemorationes dicuntur vsq; ad vigilia nati. domini exclusiue diebus feriatis. Si vero occurrerit aliquod festum per hebdomas prima oratio sit de festo. ij. de dominica. ⁊. iij. de sancta maria. ℂ Feria quarta ⁊ sexta per circulum anni omnia fiãt vt in dominica p̃cedenti ipsius currentis temporis exceptis epistolis ⁊ euangelijs proprijs dummodo de tempore agatur. ℂ Feria quarta. Lectio epistole bti iacobi apostoli. ij. cap. Arissimi: Patientes estote vsq; ad aduentus domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terre: patienter ferens donec accipiat temporaneum ⁊ serotinum. Patientes igitur estote ⁊ vos confirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres laboris ⁊ patientie per prophetas: qui locuti sunt in nomine domini nostri iesu christi. Scõm matthe-

In illo tempo- um. iij. capitu. re: Venit ioannes baptista predicans in deserto iudee ⁊ dicens: Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam dicentem: Vox clamãtis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum: ⁊ zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste ⁊ mel silueſtre. Tunc exibat ad eum hierosolyma ⁊ omnis iudea: ⁊ omnis regio circa iordanem: ⁊ baptizabantur ab eo in iordane confitentes peccata sua. ℂ Feria sexta. Lectio epistole. Ad titum. ij. capitulo. Arissime: Loquere que decet sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint: pudici: prudentes sani in fide: in dilectione: in patientia. Anus similiter in habitu sancto: non criminatrices: non vino multo seruientes: benedicentes: vt prudentiam doceant adolescentulas: vt viros suos ament: filios suos diligant: prudentes: castas: sobrias: domus curam habentes: benignas: subditas viris suis: vt non blasphemetur verbum dei: iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. In omnibus teipsum prebe exemplum bonorum operum: in doctrina: in integritate: in grauitate: sanum verbum ⁊ irreprehensibile: vt his qui ex aduerso est vereatur: nihil habens malum dicere de vobis. Seruos dominus suis subditos ee. In

omnibus placentes: non cōtradicentes: non fraudantes: sed in omnibus bonam fidem ostendentes: vt doctrinā saluatoris nostri dei ornent in oibus. Scōm lucam.iij.c.

IN illo tpe: Dicebat ioānes ad turbas que exibant vt baptizarētur ab ipso. Genimina viperarum: quis ostendet vobis fugere a vētura ira? Facite ergo fructus dignos penitētie: ⁊ ne ceperitis dicere patrem habemus abraham. Dico eniz vobis: quia deus potest de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicē arboris posita ē. Omnis ergo arbor nō faciens fructum bonū excidetur: ⁊ in ignez mittetur. Et interrogabāt eum turbe dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det nō habēti vnam: ⁊ qui habet escas similiter faciat. Uenerunt autez ⁊ publicani: vt baptizarentur: ⁊ dixerunt ad illuz. Magister: qd faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius q̄z quod constitutum est vobis faciatis. Interrogabant autem eum: ⁊ milites dicentes: Quid faciemus ⁊ nos? Et ait illis: Neminem concutiatis: neq̄z calumniam faciatis: ⁊ contēti estote stipēdijs vestris. Existimante autez populo: ⁊ cogitantibus omnibus in cordibus suis de ioanne: ne forte ipse eēt christus. Respondit ioannes dicens omnibus: Ego quidez aqua baptizo vos: veniet autē fortior me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentoꝝ eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto ⁊ igne. Cuius: ventilabrū ī manu eius: ⁊ purgabit aream suaz: ⁊ congregabit triticū suum in horreū suū: paleas aūt comburet igni inextinguibili. Multa qdem ⁊ alia exhortās euāgelizabat ppl'o. ¶ Dominica.ij. Intr̄



Opulus syon: ecce dñs veniet ad saluandas gētes: ⁊ auditam faciet dñs gloriā vocis sue in letitia cordis vestri. ps. Quis regis israel intende: qui deducis velut ouez ioseph. Oratio.

Excita dñe corda nr̄a ad preparandas vnigeniti tui vias: vt p eius aduentum purificatis tibi mētibus seruire mereamur. Per eundem. Que oratio sola dicatur. Ad romanos.xv.cap.

FRatres: Quecūq̄z scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt: vt p patientiā ⁊ ꝯsolationem scripturarum spem habeamus. Deus autez patientie ⁊ solacij: det vobis idipsuz sapere in alterutrū scōm iesum christum vt vnanimes vno ore honorificetis deum: ⁊ patrem domini nostri iesu christi. Propter qd̄ suscipite inuicē: sicut ⁊ christus suscepit vos in honorez dei. Dico enim christum iesuz ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei: ad confirmandas ꝓmissiones patrum. Gentes aūt super misericordia honorare deum sic̄: scriptuz est. Propterea confitebor in gentib⁹

ni oratione petitiões vestre innotescãt apud deum. ps. Benedixisti domine terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob.

Aurem tuam quesumus domine p̃cibus nostris acõmoda: ⁊ mẽtis nostre tenebras gratia tue visitatiõis illustra. Qui cum. Oro. Que oratio sola dicatur. Ad corint. prime. iiij. Capitu.

Fratres: Sic nos existimet homo vt ministros christi: ⁊ dispẽsatores mysteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare: quo adusq; veniet dominus: qui ⁊ illuminabit abscõdita tenebrar̃: ⁊ manifestabit cõsilia cordium. Et tũc laus erit vnicuiq; a deo. Graduale. Qui sedes domine super cherubin excita domine potentiam tuam ⁊ veni. ℣. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam ⁊ veni: vt saluos facias nos. Scõm matthe. xj. Capitu.

In illo tempore: Cum audisset ioannes in vinculis opera christi: mittens duos ex discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Et respondens iesus ait illis: Euntes renunciate ioanni que vidistis ⁊ audistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeũtibus: cepit iesus dicere ad turbas de ioanne. Quid existis in desertuz videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiaz dico vobis ⁊ plusq̃z prophetaz. Hic est enĩ de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Offertorium. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatez iacob: remisisti iniq̃tatẽ plebis tue.

Deuotionis nostre tibi quesumus dñe hostia iugiter immoletur: que ⁊ sacri pagat instituta mysterij: ⁊ salutare tuũ in nobis mirabilr̃ operetur. Per d. Secreta. Commu. Dicite pusillanimis: confortamini ⁊ nolite timere: ecce deus noster veniet: ⁊ saluabit nos. Complẽ.

Imploramus domine clementiam tuam: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos: ad festa vẽtura nos preparent. Per dominũ.

¶ Fer̃. iiij. quattuor tẽpor̃. Intro.



Orate celi desuper: ⁊ nubes pluant iustum: aperiatur t̃ra ⁊ germinet saluatorẽ. ps. Celi enarrant gloriaz dei ⁊ opera manu-

um eius annunciat firmamentum.
Ad primam orationem sine saluta
tione genuaflectamus. Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oro.
PResta quesum⁹ omnipotẽs
deus: vt redemptionis nostre
ventura solennitas: ⁊ presentis no
bis vite subsidia conferat: ⁊ eter-
ne beatitudinis premia largiatur.
Per dominum. Lectio esaie pro-
IN diebus il- phete.ij.capitu.
lis: Dixit esaias propheta. Erit
in nouissimis diebus preparatus
mons domus domini in vertice mõ
tium: ⁊ eleuabitur super colles. Et
fluent ad eum omnes gẽtes: ⁊ ibũt
populi multi ⁊ dicent: Uenite ascẽ
damus in montez domini: ⁊ ad do
mum dei iacob: ⁊ docebit nos vias
suas: ⁊ ambulauimus in semitis
eius. Quia de syon exibit lex: ⁊ ver
bum domini de hierusalem: ⁊ iudi-
cabit gẽtes: ⁊ arguet populos mul
tos. Et conflabunt gladios suos
in vomeres: ⁊ lanceas suas in fal-
ces. Non leuabit gens contra gẽ-
tem gladium nec exercebuntur vl-
tra ad prelium. Domus iacob ve-
nite: ⁊ ambulemus in lumine domi
ni dei nr̃i. Graduale. Tollite por-
tas principes vestras ⁊ eleuamini por-
te eternales: ⁊ introibit rex glorie. ℣.
Quis ascendet in montez domini: aut
quis stabit in loco sancto eius: innocẽs
manibus ⁊ mũdo corde. Nota scd̃a
oratio sine genuflexione cum salu-
tatione profertur. Oratio.
FEstina quesumus domine ne
tardaueris: ⁊ auxilium nobis su-
perne virtutis impende: vt aduen-
tus tui consolationibus subleuen-
tur: qui in tua pietate confidunt.
Qui cũ. Lcõ esaie prphete. vij.ca.
IN diebus illis: Locutus est
dominus ad achaz dicẽs: Pe
tet tibi signum a domino deo tuo
in profundum inferni: siue in excel
sum supra. Et dixit achaz: Non pe
tam: ⁊ non tentabo dominum. Et
dixit. Audite ergo domus dauid.
Nunquid parum vobis est mole
stos esse hominibus quia molesti
estis ⁊ deo meo? Propter hoc da-
bit dominus ipse vobis signuz. Ec
ce virgo concipiet ⁊ pariet filium:
⁊ vocabitur nomen eius emanuel.
Butyrum ⁊ mel comedet: vt sciat
reprobare malum ⁊ eligere bonum.
Gradua. Prope est dominus omni
bus inuocantibus eum: omnibus qui
inuocant eum in veritate. ℣. Laudez
domini loquetur os meum: ⁊ benedi-
cat omnis caro nomen sanctum eius.
IN illo tẽ- Scd̃m lucam.j.cap.
pore: Missus est angelus ga-
briel a deo in ciuitatem galilee: cui
nomen nazareth: ad virginem de-
sponsataz viro: cui nomen erat io-
seph de domo dauid: ⁊ nomẽ vir-
ginis maria. Et ingressus angelus
ad eam dixit: Aue gratia plena do-
minus tecum: benedicta tu in mu-
lieribus. Que cum audisset turba-
ta est in sermone eius: ⁊ cogitabat
qualis esset ista salutatio. Et ait an-
gelus ei: Ne timeas maria: inueni-
sti enim gratiam apud deum. Ecce
concipies in vtero ⁊ paries filiuz:
⁊ vocabis nomen eius iesum. Hic
erit magnus: ⁊ filius altissimi vo

cabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: & regnabit in domo iacob in eternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbū. Dixit autem maria: Ecce ancilla domini; fiat mihi sm verbum tuum.

Offertorium. Confortamini & iam nolite timere ecce enim deus noster retribuet iudicium: ipse veniet & saluos nos faciet.

Secreta. Accepta tibi sint domine quesumus nostra ieiunia: que & expiando nos tua gratia dignos efficiant: & ad sempiterna promissa producant. Per dominum.

Commu. Ecce virgo concipiet & pariet filiu & vocabitur nomen eius emanuel.

Compl. Salutaris tui domine munere satiati: supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dom.

Feria.vj. Introitus. Prope esto domine & omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tui: quia in eternu tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Hec oratio dicatur cū salutatione sine genuflexiōe. Oro. Excita domine potentiam tuam & veni: vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui cum.

Lectio esaie prophete.xj.capitulo. Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eu spiritus domini: spiritus sapiētie & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientie & pietatis. Et replebit eum spiritu timoris domini. Non scōm visionem oculorum iudicabit: neq; scōm auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes: & arguet in equitate pro mānsuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lūborum eius: & fides cinctorium renum eius.

Graduale. Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob.

Scōz In illo tempore: **lucam.j.capi.** Exurgens maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: & intrauit in domum zacharie: & salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: & exclamauit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in

auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria: Magnificat anima mea dominum: ⁊ exultauit spiritus meus in deo salutari meo. **Offerto.** Deus tu conuertens. **vt supra in dominica secunda. Secreta.** Muneribꝰ nostris quesumus domine precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dominum n. **Communio.** Ecce dominus veni et ⁊ omnes sancti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux magna. **Complenda.** Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum no. ¶ **Sabbato quattuor temporum. Introitus.**



Emi ⁊ ostende nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubin ⁊ salui erimus. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. **Oremus Flectamus genua. Leua. Oratio.** Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur: concede propicius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui cum patre. **Lectio esaie prophete. xix. capitu.** In diebus illis: Clamabũt ad dominum a facie tribulantis ⁊ mittet eis saluatorem ⁊ propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: ⁊ cognoscent egyptij dominum in die illa. Et colent eum in hostijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt domino: ⁊ soluẽt. Et percutiet dominus egyptum plaga: ⁊ sanabit eam. Et reuertentur ad dominum: ⁊ placabitur eis. Et sanabit eos dominus deus noster. **Graduale.** A summo celo egressio eius ⁊ occursus eius vsq; ad summum eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. **Oremus. Flectamus genua. Leua. Oratio.** Concede quesumus omnipotens deus vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute oprimimur expecta vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. **Lcõ esaie** Hec dicit **prophete. xxxv. capꝫ.** dominus: Letabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo: ⁊ florebit quasi lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit letabunda: ⁊ laudans gloria libani. Data est ei decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbunt gloriam domini: ⁊ decorẽ dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus vester: vltionem adducet retributionis. Deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tũc aperientur oculi cecorum: ⁊ aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: ⁊ torrentes in solitudine. Et que erat arida in stagnum

¶ sitiens in fontes aquarum: Dicit dominus omnipotens. **Gradua.** In sole posuit tabernaculum suum: ¶ ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: ¶ occursus eius vsq; ad summum eius. Oremus. Flecta.ge. Leuate. **Oratio.** Adignos nos quesumus domine famulos tuos quos actionis propie culpa contristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui te. **Lectio esaie prophe** Hec dicit dominus: **te.xl.cap.** Super montem excelsum ascẽde tu: qui euangelizas syon. Exalta in fortitudine vocem tuam: qui euangelizas hierusalem. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce rex vester ecce dominus deus in fortitudine veniet: ¶ brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: ¶ opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo cõgregabit agnos: ¶ in sinu suo leuabit eos. Dominus deus noster. **Gradu.** Domine deus virtutum conuerte nos: ¶ ostende faciem tuam ¶ salui erimus. ℣. Excita domine potentiam tuam ¶ veni: vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. Leua. **Dio.** Resta quesumus omnipotẽs deus: vt filij tui ventura solennitas ¶ presentis nobis vite remedia cõferat: ¶ premia eterna concedat. Per eundem. **Lectio esaie pphe** Hec dicit dominus **te.xlv.cap.** deus: Christo meo cyro cuius apprehendi dexteram: vt subiiciam ante faciez eius gentes: ¶ dorsa regum vertam. Et aperiam coram eo ianuas: ¶ porte nõ claudentur. Et ante ibo: ¶ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: ¶ vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos ¶ archana secretorum: vt scias q; ego dominus: qui inuoco nomen tuum deus israel: propter iacob seruum meum: ¶ israel electum meum. Et vocaui te nomie tuo: assimilaui te: ¶ non cognouisti me. Ego dominus. Et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te: ¶ non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis: ¶ qui ab occidente: quoniam absq; me non est deus. Ego dominus: ¶ non est alter: formans lucem ¶ creans tenebras: faciens pacem ¶ creans malum. Ego dominus faciens omnia hec Rorate celi desuper ¶ nubes pluant iustũ: aperiatur terra ¶ germinet saluatorẽ. Et iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. **Gradua.** Excita domine potentiam tuam ¶ veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph: qui sedes super cherubin appare coram effraim: beniamin: ¶ manasse. Oremus. Flectamus genua. Leuate. **Dio.** Preces populi tui qs domine clemẽter exaudi: vt q iuste pro peccatis nris affligimur: pietatis tue visitatiõe consolemur. Qui cũ. **Lcõ danielis pphe. iij. ca.** In diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria ¶

socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem quasi cubitis quadragintanouem. Et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incedebant. Illos autem omnino non tetigit ignis: neq; contristauit: neq; quicquam molestie intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant: & benedicebant deum in fornace dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis & gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum. Laudabile & gloriosum in secula. Benedictus es domine in templo sancto glorie tue. Et laudabilis. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis. Benedictus es q sedes super cherubin intuens abyssos. Et laudabilis. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabilis. Benedicant te omnes angeli & sancti tui: Laudabilem. Benedicant te celi terra mare & omnia que in eis sunt: Laudabilem. Gloria patri & filio: & spiritui sancto: Laudabili. Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum amen. Laudabilis. Benedictus es. Quo finito sequitur oratio cum salutatio ne absq; genuflexione.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius: vt nos indignos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum Scõe Ad thessalonicenses. ij. capitu.

Fratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri iesu christi: & nostre congregationis in idipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu: neq; terreamini: neque per spiritum: neq; per sermonem: neq; per epistolam tanquam per nos missam quasi istet dies domini: ne qs vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum: & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanquam sit deus. Non retinetis q cũ adhuc essem apud vos: hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tãtum: vt qui tenet nũc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratiõe aduẽtus sui. Tractus. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin: appare coram effraim: beniamin & manasse. ℣. Excita domine potentiam tuam & veni: vt saluos facias nos. Scõm lucã. iij. c.

Anno qntodecimo ipe rij tyberij cesaris: pcurãte põtio pilato iudeã: Tetrarcha autem

galilee herode: philippo autem fratre eius tetrarcha ituree ⁊ draconitidis regionis: ⁊ lisania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotum anna ⁊ caypha: factum est verbum domini super ioannem filiuz zacharie in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis: predicās baptismum penitentie in remissionem peccatoruz: sicut scriptum est in libro sermonum esaie ꝓphete: Vox clamātis in deserto: dirigite viam domini: rectas facite semitas eius. Omnis vallis īplebitur: ⁊ oīs mons ⁊ collis humiliabit̄. Et erūt praua in directa: ⁊ aspera in vias planas. Et videbit oīs caro salutare dei. **Offerto.** Exulta satis filia syon: predica filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi sanct⁹ ⁊ saluator. **Secre.**

Sacrificijs presentibus q̄sumus domine intende placatus: vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per dñz. **Cōmunio.** Exultauit vt gigas ad currendaz viam: a sūmo celo egressio eius: ⁊ occursus ei⁹ vsqz ad summū eius. **Compl.**

Quesumus dñe deus nr̄: vt sacrosancta mysteria q̄ pro reparationis nostre munimine cōtulisti: ⁊ presens nobis remedium esse facias ⁊ futuꝝ. Per. ¶ **Dñica iiij. Introitus.**



Orate celi desuper ⁊ nubes pluant iustum: aperiatur t̄ra ⁊ germinet saluatorē. **ps.** Celi enarrant gloriaz dei: ⁊ opa manuū eius anūciat firmamētū.

Excita dñe potentiam tuam ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt ꝑ auxilium gr̄e tue qđ nr̄a peccata prepediūt: īdulgentia tue propiciationis acceleret. Qui cū. **q̄ oro sola dicat̄. Ad philip. iiij. c.**

Frēs: Gaudete ī domino semper: iteꝝ dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dñs enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni orone ⁊ obsecratiōe cū gr̄arum actione petitiones vestre innotescāt apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra ⁊ intelligentias vr̄as: in christo iesu domino no. **Gradua.** Prope est dñs oībus inuocātibus eū oībus qui inuocāt eum in veritate. **℣.** Laudent dñi loquet̄ os meum: ⁊ bñdicat oīs caro nomen scm̄ eius. **Alla.** **℣.** Veni dñe ⁊ noli tardare: relaxa facinora plebis tue. **Scdm ioan. j. ca.**

In illo tpe: Miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas ad ioannem vt interrogarent eum: Tu quis es? Et ꝯfessus est: ⁊ non negauit. Et ꝯfessus est: qꝛ non suz ego christus. Et īterrogauerūt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et Dixit: Non sum. Propheta es tu? Et rñdit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es: vt responsuz demus his q̄ miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: ego vox clamantis in deserto: dirigite viam dñi: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum: ⁊ dixerūt ei. Quid

ergo baptizas: si tu nō es christus: neq; helyas neq; prophetas? Respō dit eis ioannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrū stetit quem vos nescitis. Ipse est q̄ post me venturus est: qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat ioannes baptizans. **Offertorium.** Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. **Secreta.** Sacrificijs presentibus quesumus domine intende placatus: vt & deuotioni nostre proficiant & saluti. Per dominum nostrum ie sum christum &c. **Communio.** Ecce virgo concipiet & pariet filiū: & vocabitur nomē eius emanuel.

Sumptis mune ribus sacris quesumus domine: vt cum frequentatione mysterij: crescat nostre salutis effectus. Per dominum nostrum iesū &c. **Completo.**

¶ **Feria quarta. Epistole beati pe tri apli.ij. ca.iij.**

Carissimi: Unum hoc non lateat vos: q̄ vnus dies apud deum sicut mille anni: & mille anni sicut vnus dies. Nō tardat dñs promissionez sicut quidā existimant sed patienter agit propter vos: nolēs aliquos perire: sed oēs ad penitentiem reuerti expectat. Aduenit aūt dies domini vt fur in nocte: in quo celi magno ipetu transient. Elemēta vero calore dissoluentur. Terra autez & opa q̄ in ipsa sunt opera: exurentur. Cum igitur hec omnia dissoluēda sunt quales oportet vos esse in sanctis conuersatiōibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentu diei dñi: per quem celi ardentes dissoluentur: & elemēta ignis ardore tabescent. Nouos vero celos & nouam terrā & promissa ipsius expectamus: in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hec expectantes: satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. **Scōz** In illo tpe: Videns **matth.iij.c.** ioannes multos phariseorum & saduceorum venientes ad baptismum suum: dixit eis: Progenies vipere: quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignus penitentie: & ne velitis dicere intra vos: patrez habemus abraham. Dico enim vobis: q̄m potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicē arboris posita ē. Omis ergo arbor que non facit fructū bonum excidetur: & in ignem mittetur. Ego quidē baptizo vos in aqua in penitentiā. Qui aūt post me venturus est: fortior me est: cuius nō sum dign⁹ calciamēta portare: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.

¶ **Feria sexta. Lectio epistole beati iacobi apostoli. iiij. & .v. capitu.**

Carissimi: Scienti igitur bonum facere & nō facienti peccatum est illi. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miserijs vestris: que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: & vestimēta vestra a tineis comesta sunt. Au-

rum ⁊ argentuꝫ vestrum eruginauit: ⁊ erugo eorum in testimoniuꝫ vobis erit: ⁊ manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce mercedes operariorum qui messuerunt regiones vestras: que fraudata est a vobis clamat: ⁊ clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Epulati estis super terrā: ⁊ in luxurijs vestris enutristis corda vestra. In die occisiōis adduxistis ⁊ occidistis iustum: ⁊ non restitit vobis. Patientes igitur estote vsq; ad aduentuꝫ domini. Scōm lucā

In illo tempore: Nunciauerunt ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis ioannes. Et misit ad iesum dicens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri dixerunt. Joannes baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es: an aliuꝫ expectamus? In ipsa autem hora multos curauit a languoribus suis: ⁊ plagis: ⁊ spiritibus malis: ⁊ cecis multis donauit visuꝫ. Et respondens dixit illis: Euntes renunciate ioanni que audistis ⁊ vidistis. Quia ceci vident: claudi ambulant: leprosi mūdantur: surdi audiunt: mortui resurgunt pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncij ioannis: cepit de ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt ⁊ delicijs: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre: prophetam? Etiaꝫ dico vobis: ⁊ plusquam prophetam. Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mulierum propheta ioanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei: maior est illo. ¶ Si festum natiuitatis domini in dominica venerit quatuor tempora celebrantur in penultima hebdā: quia tunc in sabbato proximo ante natiuitatem agitur officium de vigilia.

¶ In vigilia natiuita. dñi. Intro.



Odie scietis: quia veniet dominus ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriam eius. ℣. Domini est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Gloria in et Credo non dicunt: nisi fuerit dies dñica. Ōro.

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta: vt vnigenitum tuum: quem redemptorem leti suscipimus venientem quoq; iudicem securi videamus: Dominum nostrum ⁊c.

Lectio esaie prophete. lxij. ca.

Hec dicit dñs: Propter syon non tacebo: ⁊ ppter hierusalem nō quiescā donec egrediatur vt splen-

dor iustus eius: ⁊ saluator eius: vt lampas accẽdatur. Et videbũt gẽtes iustũ tuum: ⁊ cuncti reges iclytum tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: ⁊ diadema regni in manu dei tui. Et non vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua ĩhabitabitur: qꝛ cõplacuit domino in te. immediate seqtur epistola. Ad ro

FRatres: Paulus manos. j. c. seruꝰ iesus chr̃i vocatꝰ aplus segregatus in euãgelium dei quod ante promiserat per ꝓphetas suos in scripturis scis de filio suo: qui factus est ei ex semine dauid ſm carnem: qui predestinatꝰ est: filius dei in virtute ſm spirituz sanctificationis ex resurrectiõe mortuoruz iesu christi dñi nostri per quez accepimus gratiã ⁊ apostolatuz ad obediendum fidei in oĩbus gentibus ꝓ noĩe eius in quibus estis ⁊ vos vocati iesu christi dñi nostri. Grad.

Hodie scietis qꝛ veniet dñs: ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriã eius: ℣. Qui regis isrl̃ intende: qui deducis velut ouẽ ioseph: q sedes super cherubin appare corã effraiz beniamin ⁊ manasse. Si vigilia natiuitatis dñi in dominicaz euenerit: tunc dicitur. Alleluia. ℣. Crastina die dlebitur iniquitas terre: ⁊ regnabit sup nos saluator mundi. Et totũ officiũ misse fiat de vigilia cũ cõmemoratiõe dominice. Scdm mattheum. j. cap.

IN illo tpe: Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph: ante quam conuenirent: inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autez vir eius cuz eẽt iustus: ⁊ nollet eaz traducere: voluit occulte dimittere eaz. Hec autẽ eo cogitãte: Ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens: Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã coniugez tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: ⁊ vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Credo non dicitur: nisi venerit in die dominica. Offert. Tollite portas principes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie.

DA nobis quesumus omnipotens deus: vt sicut adoranda filij tui natalicia p̃uenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eũdez. Secreta. Prefatio quotidiana. Cõ.

Reuelabit̃ gloria domini: ⁊ videbit omnis caro salutare dei nostri. Com

DA quesumus domine nobis vnigeniti filij tui recẽsita natiuitate respirare: cuiꝰ celesti mysterio pascimur ⁊ potamur. Per eundem dominum nostrum iesuz chr̃m. ¶ In galli cãtu Intr.



Dominꝰ dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. psal. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. Ky-

riel. Dominicale. Gloria in excel.

Deus qui hanc sacratissimā noctem veri luminis illustratione fecisti clarescere: da q̄sumus vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudijs in celo perfrui mereamur. q te. Oro.

Lectio esaie prophete. ix. ca.

Hec dicit dominus. Populus gentiuz qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis: ⁊ factus est principatus super humerū eius. Et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiuz: ⁊ pacis eius non erit finis. Super solium dauid: ⁊ super regnuz eius sedebit: vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iustitia: ammodo ⁊ vsq; in sempiternuz. Immediate sequitur epistola ad tytū. ij. ca.

Charissime: Apparuit gratia dei ⁊ saluatoris nostri omnib⁹ hominibus erudiēs nos: vt ab negātes omnem impietatem ⁊ secularia desideria: sobrie: ⁊ iuste: ⁊ pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem: ⁊ aduentum glorie magni dei ⁊ saluatoris nostri iesu christi: qui dedit semetipsum nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mundaret sibi populum acceptabilem sectatorez bonorum operū: hec loquere ⁊ exhortare i christo iesu domino nostro. Gradua. Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos: scabelluz pedum tuoruz. Alleluia. ℣. Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. Sequentia.

Gratias nunc omnes reddamus domino deo: qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Huic oportet vt canamus cum angelis semper gl̄ia in excelsis. Scd̄m lucā. ij. c.

In illo tempore: Exijt edictuz a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur: singuli in suam ciuitatez. Ascendit autem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid: que vocatur bethleem: eo q̄ eēt de domo ⁊ familia dauid: vt profiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autem cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret: ⁊ peperit filium suum primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis supra gregez suuz. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnuz: quod erit omni populo. Quia natus est vobis hodie saluator qui est christus dominus

in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū: inuenietis infantē pānis inuolutum ⁊ positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis laudantium deum ⁊ dicentium: Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Credo Offerto. Letentur celi ⁊ exultet terra: ante faciē dñi: quoniam venit. ℣. Cantate dño canticum nouū: cātate dño omnis terra. ℣. Cantate domino ⁊ benedicite nomini eius. Ante faciem. Secreta.

Accepta tibi sit domine quesumus hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente per hec sacrosancta cōmercia: in illius inueniamur forma in quo tecum est nostra substantia. Qui viuis ac regnas cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Prefatio. Quia per incarnati. Communicātes ⁊ noctem. Hec prefatio dicatur vsq; ad epiphaniam sed Communicantes per octauam tm̄ inclusiue dicitur. Com̄. In splendoribus sctōr ex vtero ante luciferum genui te. Tunc laudes incipiant. Ant. Quē vidistis pastores dicite: annūciate nobis in terris q̄s apparuit: natū vidimus in choro angelor saluatorem dñm alla alla. ℣. Dñs regnauit. cum reliqs. Ant. Genuit puerpera regez cui nomen eternū ⁊ gaudiuz matris bñs cum virginitate pudorez: nec primā similez visa est nec habere seqntez alla. Ant. Angelus ad pastores ait annūcio vobis gaudiū magnum: q; natus est nobis saluator mundi alla. Ant. Facta est cū angelo multitudo celestis exercitus laudantiū ⁊ dicētium: gria in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoibus bone volūtatis: alla alla. Ant. Paruulus filius hodie natus est nobis ⁊ vocabit deus fortis alla. Capitulū hymnus ⁊ ℣. nō dicant. Super benedictus ant. Gloria in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoibus bone volūtatis alleluia alleluia. Deinde vertat se sacerdos ad populum dicens. Dominus vobiscum. Complenda.

Adquesumus nobis domine deus noster: vt q natiuitatez domini nr̄i ihesu chr̄i mysterijs nos frequētare gaudemus dignis conuersationibus ad eius mereamur pertingere consortium. Per eum. Et sic finiatur missa cum Benedicamus dño. In aurora. Introit.



Ux fulgebit hodie super nos: q; natus est nobis dominus ⁊ vocabitur admirabilis deus: princeps pacis: pater futuri seculi: cuius regni nō erit finis. ℣. Dñs regnauit decorē indutus ē: indutus est dñs fortitudiné ⁊ precinxit se virtute. Kyrieleison. Gloria in excelsis. Oratio.

Adquesumus omnipotēs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere: qō per fidem fulget in mente. Per eundem. Lectio esaie prophete. lxi. capitu.

Hec dicit dominus: Spiritus domini super me: eo q vnxerit me ad annunciandum mansuetis misit me vt mederer cōtritos corde: ⁊

predicarem captiuis indulgentiã: ⁊ clausis apertionem: vt predicarẽ annũ placabilem domino: ⁊ diẽ vltionis deo nostro: vt cõsolarer oẽs lugentes: vt ponerem fortitudinẽ lugentibus syon: ⁊ darem eis corona pro cinere: oleũ gaudij pro luctu: palliũ laudis ꝓ spiritu meroris. Et vocabunt in ea fortes iustitie: plantatio dñi ad glorificandũ. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo: ⁊ opus illius corã illo. Et vocabunt eos populus sctũs: redemptus a dño deo nro. Immediate incipitur epla. Ad tytũ. j. ca.

Carissime: Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nri dei. Non ex opibus iustitie q̃ fecimus nos: sed scõm suã misericordiam saluos nos fecit ꝑ lauacrum regenerationis ⁊ renouationis spũs sancti: quẽ effudit in nos abunde ꝑ iesum christum saluatorem nrm: vt iustificati gra ipsius heredes simus scõm spẽ vite eterne: in christo iesu dño nostro. Grad. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus ⁊ illuxit nobis. ℣. A domino factum est: ⁊ est mirabile in oculis nris. Alleluia. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinẽ ⁊ precinxit se virtute. Sequẽtia.

Eya recolamus laudibus pijs digna. Kunis diei carmina: in qua nobis lux oriẽ gratissima. Noctis inter nebulosa pereunt nostri criminis vmbracula. Kodie seculo maris stella est exorta noue salutis gaudia. Quem tremũt baratra: mors cruẽta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiq̃: coluber liuidus perdit spolia. Komo lapsus ouis abducta reuocaꝫ ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat dragma decima perdita ⁊ est inuenta. O culpa nimiũ beata qua redempta est natura. Deus q̃ creauit omnia nascit̃ ex femina. Mirabilis natura mirifice induta: assumẽs qđ non erat: manens quod erat. Induitur natura diuinitas humana: quis audiuit talia dic rogo facta. Querere venerat pastor pius quod perierat. Induit galeaz: certat: vt miles armatura. Prostratus in sua propria ruit hostis spicula: auferuntur tela. In q̃bus fidebat diuisa sunt illius spolia capta preda sua. Christi pugna fortissima salus nra est vera. Qui nos suam ad patriã duxit post victoriã. In qua sibi laus est eterna. Scõm lucã. ij. ca.

In illo tẽpore: Pastores loq̃bantur adinuicẽ. Trãseamus vsq̃ bethleẽ: ⁊ videamus hoc verbum qđ factum est: quod fecit dñs ⁊ ostendit nobis. Et venerunt festinãtes ⁊ inuenerũt mariã ⁊ ioseph: ⁊ infantẽ positum in presepio. Videntes autem cognouerunt de verbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierãt mirati sunt de his q̃ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores: glorificantes ⁊ laudantes deus in omnibus que audierant ⁊ viderant: sicut dictum est ad illos. Credo.

Offer. Deus enī firmauit orbē terre qui nō cōmouebitur: parata sedes tua Deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nra qs dñe natiuitatis hodierne mysterijs apta pueniāt: t pacē nobis īfundāt: vt sicut hō genitus īdē refulsit deus: sic nobis hec terrena substātia cōferat quod diuinum est. Per eun. Prefatio. Quia p incarnati. Communicantes t diem. Communio.

Exulta filia syō: lauda filia hierlz: ecce rex tuus vēit sctūs t saluator mūdi.

Hodie nos dñe sacrī Comp. semp nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanā repulit vetustatez. Per eundem do. Et dicī. Ite missa est. Deo gratias. Ad maiorē missaz. Intr.



Puer natus ē nobis: t filius datus est nobis: cuius imperiū sup humer eius: t vocabīt nomen eius magni consilij āgelus. ps. Cantate dño canticum nouuz: qz mirabilia fecit. Gloria in excel. Oratio.

Oncede qs ops deus vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eun. Lectio esaie pphete. lij. cap.

Hec dicit dñs: Propter hoc sciet populus meuz nomē meum in die illa: qz egoipse q loqbar ecce assum: qz pulchri sup montes pedes annūciantis: t pdicātis pacem: annunciantis bonum: predicantis salutē dicentis: Sion regnabit deus tuus. Vox speculatorz tuorū leuauerunt vocem: simul laudabunt: qz oculo ad oculū videbunt cū conuerterit dñs syon. Gaudete: simul laudate deserta hierusalem: qz consolatus est dominus pplm suum: t videbunt oēs fines terre salutare dei nostri. Immediate sequitur epistola. Ad hebreos. j. capitu.

Fratres: Multifarie multisqz modis olim deus loquēs patribus in prophetis. Nouissime ātem diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit t secula. Qui cum sit splendor glorie t figura substātie eius: portansqz omnia verbo virtutis sue. Purgationē faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelso: tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursum: Ego ero illi in patrem: t ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbez terre dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus: t ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiaz t odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus ds tuus oleo exultatiōis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: t opera manuum tuarum sunt

celi. Ipsi peribunt: tu aūt permanebis: ⁊ oēs sicut vestimentuz vetera scēt. Et velut amictū mutabis eos: ⁊ mutabuntur. Tu aūt idē ipse es: ⁊ anni tui non deficient. Gradua.

Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo oīs terra. ℣. Notum fecit dñs salutare suum: ante ꝯspectū gentiū reuelauit iustitiā suā. Alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes ⁊ adorate dñz: quia hodie descēdit lux magna super terrā.

Natus ante secula dei filius inuisibilis īterminus. Sequentia.

Per quē fit machina celi ⁊ terre maris: ⁊ in his degentiū. Per quem dies ⁊ hore labāt: ⁊ se iterꝫ reciprocant. Quez angeli in arce poli voce consona semper canūt. Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis criminis de carne marie virginis: quo primi parentis culpam: eueqz lasciuiaz tergeret. Hoc presens diecula loquitur p̄lucida adaucta lōgitudine: quod sol verus radio sui luminis: vetustas mundi depulerit genitus tenebras. Nec nox vacat noui syderis luce: quod magorū oculos terruit scios. Nec gregū magistris defuit lumē: quos prestrinxit claritas militū dei. Gaude dei genitrix quam circunstant obstetricum vice cōcinnentes angeli gloriam deo. Christe patris vnice: qui hūanaz nostri causa formaz assumpsisti: refoue supplices tuos. Et quoꝝ participem te fore dignatus es iesu: dignanter eoruz suscipe preces. Ut ipsos diuinitatis tue participes deus facere digneris vnice dei.

Initium sancti euangelij Secundum Joannem primo capitulo.

In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factuz est nihil. Quod factum est: in ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre euz nō comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat ioannes. Hic venit in testimoniuz: vt testimoniuz perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illuz. Nō erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientez in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipsuz factus ē: ⁊ mundus eū non cognouit. In ꝓpria venit: ⁊ sui eum nō receperūt. Quotquot autem receperunt euz: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neqz ex voluntate carnis: neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit ī nobis. Et vidimus gloriā eius gloriam quasi vnigeniti a patre: Plenum gratia ⁊ veritate. Credo in vnum deum. Offer. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbem terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundasti iustitiam: ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Secr.

Oblata domine munera noua vnigēiti tui natiuitate sanctifica: nosqz a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem dominum nostrum. Prefatio. Quia per incarnati. Cōicantes

⁊ die. Com. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Complēda.

Presta q̄s op̄s ⁊ misericos deus: vt nat⁹ hodie saluator mūdi sicut diuine nobis gn̄ationis est auctor: ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecū. Oro de btā virgi.

Deus qui per btē marie virginis partū sine humana ꝯcupiscētia pro creatū in filij tui mēbra venientes: paternis fecisti p̄iudicijs non teneri: presta q̄s: vt huius creature nouitate suscepta: vetustatis antiqꝫ ꝯtagijs exuamur. Per eū. do.

Sacrificia dn̄e ob beate dei genitricis semperqꝫ virginis marie honorē deferimus: presta q̄s: vt eius intercessione tibi fieri hostia acceptabilis mereat̄. p eū. Secre.

Sacramēti celestis perceptio nos q̄s dn̄e purificet: ⁊ intercedente beata dei genitrice sempqꝫ virgine maria ad eterne felicitatis dona obtinēda dignos efficiat. Per dn̄m. Complē.

Hec cōmemoratio debet incipi die sequenti. ¶ In die scti Stephani protho. Intro.



Et enim sederūt principes ⁊ aduersuꝫ me loq̄bātur: ⁊ iniqui persecuti sūt me: adiuua me domine de⁹: meus qꝛ seruus tuus exercebatur in tuis iustificatiōib⁹. ps. Beati imaculati in via qui ambulāt ī lege dn̄i.

Da nobis q̄s dn̄e imitari qd̄ colim⁹: vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro suis persecutoribus exorare. Dominum nostrum iesum christū filiuꝫ. Oro.

Cum cōmemoratione de natiuitate domini ⁊ sancte marie. Lcō actuum apl'oꝝ. vj. c.

In diebus illis: Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat prodigia ⁊ signa magna in populo. Surrexerūt autem quidā de synagoga que appellatur libertinorum ⁊ cyrenensiū ⁊ alexandrinoꝝ: ⁊ eoruꝫ qui erant a cilicia ⁊ asia: disputantes cum stephano: ⁊ nō poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec dissecabant̄ cordibus suis: ⁊ stridebant dentibus in eum. Cum autez esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum vidit gloriam dei: ⁊ iesuꝫ stātem a dextris virtutis dei: ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis stantez a dextris virtutis dei. Exclamantes autē voce magna cōtinuerunt aures suas: ⁊ impetuꝫ fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes posuerunt vestimenta sua secus pedes adolescētis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem ⁊ dicentē. Domine iesu accipe spiritum meū. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicens: Domine iesu ne statuas illis hoc peccatum. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in domīo. Grad. Sederunt principes ⁊ aduersum me loquebantur: ⁊ iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter mise-

ricordiam tuam. Alleluia. ℣. Video celos apertos ⁊ iesum stantez a dextris virtutis dei. Alleluia. **Sequentia.**

Hanc cōcordi famulatu colamus solennitatez. Auctoris illius exemplo docti benigno. Pro persecutorum precantis fraude suorum. Ostephane signifer regis summi boni nos exaudi. Proficue qui es ꝑ tuis exauditus inimicis. Paulus tuis precibus stephane te quondam persecutus christo credit ⁊ tecum tripudiat in regno: cui nullus persecutor appropinquat. Nos proinde nos supplices ad te clamates: ⁊ precibus te pulsantes. Oratio sanctissima nos tua semper concili et deo nostro. Te petrus christi ministrum statuit. In petro normaz credendi astruis. Ad dexteram summi patris ostendendo quem plebs furens crucifixit. Te sibi christus elegit stephane. Per quē fideles suos corroboret. Se tibi interrotatus saxoz solatio manifestans. Nunc inter inclytas martyz purpuras choruscas coronatus. **Scōm matthēum. xxiij. cap.**

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum ⁊ principibus sacerdotuz. Ecce ego mitto ad vos prophetas: ⁊ sapientes: ⁊ scribas. Et ex illis occidetis: ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super teram: a sanguine abel iusti vsq; ad sanguinem zacharie filij barachie: quem occidistis inter templum ⁊ altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas ⁊ lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: ⁊ noluisti: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis. Non me videbitis amodo: donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini. Credo in vnum deum. **Offerto.** Elegerunt apli stephanum leuitā plenum fide ⁊ spiritu sancto: quez lapidauerunt iudei orantem ⁊ dicentez: dñe iesu accipe spūm meum alla. **Secreta.**

Suscipe quesumus dñe munera pro tuorū commemoratione sanctoruz: vt sicut illos passio gloriosos efficit: ita nos deuotio reddat innocuos. Per. **Prefatio de natiuitate. Communio.**

Video celos apertos ⁊ iesuz stantez a dextris virtutis dei: domine iesu accipe spirituz meuz: ⁊ ne statuas illis hoc pctm: qa nesciūt quid faciūt. **Compl.**

Auxilientur nobis domine sancta mysteria: ⁊ intercedente beato stephano ꝑthomartyre tuo sempiterna protectione confirmēt. Per. **In die sancti ioannis apostoli ⁊ euangeliste. Introitus.**



In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ impleuit eū dominus spiritu sapiētie ⁊ itellectus stola glorie induit eū. ℣. Bonū est cōfiteri dño ⁊

psallere nomini tuo altissime. Oro.
Ecclesiam tuaz quesumus domine benignus illustra: vt beati ioannis apostoli tui ⁊ euangeliste illuminata doctrinis: ad dona pueniat sempiterna. Per dñm. Cū cōmemoratione natiuitatis sancte marie: ⁊ sancti stephani. Lcō libri sapien. Ecclesiastici. xv. cap.
Qui timet deum faciet bona: ⁊ qui continens est iustitie apprehendet illam: ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata: ⁊ quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo: ⁊ non flectetur: Et continebit illum: ⁊ non confundetur: ⁊ exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ implebit eum spiritu sapientie ⁊ intellectus: ⁊ stola glorie induit illum. Jocunditatem ⁊ exultationem thesaurizabit super eum: ⁊ nomine eterno hereditabit illum: Dñs deus noster Gra.
Exijt sermo inter fratres q; discipulus ille non moritur. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniam: tu me seq̄re. Alleluia. ℣. Hic ē discipulus ille qui testimoniū phibet de his: ⁊ scimus q; vex ē testimoniū eius. Sequentia.
Ioannes iesu christo multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem. In naui parētez liquisti. Tu leue coniugis pectus respuisti: messiam secutus. Ut eius pectoris sacra meruisses fluēta potare. Tuq; ī terra positus gloriā conspexisti filij dei. Que solum sanctis in vita creditur contuenda esse perenni. Te christus in cruce triumphans matri sue dedit custodez. Ut virgo virginem seruares atq; curam suppeditares. Tu de carcere flagrisq; fractus testimonio pro christi eo gauisus. Idem mortuos suscitas: in qz iesu nomine venenum forte vincis. Tibi summus tacitum ceteris verbū suum pater reuelat. Tu nos omnes precibus sedulis apud deum semper commenda. Ioannes christi chare.
Scōm ioannem. xxi. cap.
In illo tempore: Dixit iesus petro: Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem: qui ⁊ recubuit in cena sup: a pectus eius: ⁊ dixit: Dñe quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus: dicit iesu: Dñe: hic autem quid? Dicit ei iesus: Sic eum volo manere donec veniā: quid ad te? Tu me seq̄re. Exijt ergo sermo iste inter fratres q; discipulus ille non moritur. Et non dixit ei iesus nō morit̄: sed sic eū volo manere donec veniā: qd ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: ⁊ scripsit hec. Et scimus q; verus est testimonium eius. Credo in. Offer. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in lybano est multiplicabitur. Secre.
Suscipe munera domine que in eius tibi solennitate deferimus cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Prefatio de apostolis. Com. Exijt sermo inter frēs qō discipulus ille non morit̄: ⁊ non dixit iesus: nō morit̄: sed sic eū volo manere donec veniam. Complen.

Refecti cibo potuq; celesti domine deus noster: te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus: eius muniamur ⁊ precibus. Per. ¶ In festo sctōꝝ innocentum. Introitus



Ex ore infātiū deus ⁊ lactentiū ꝑfecisti laudē propter inimicos tuos. ps. Domine dominus noster q̄z admirabile est nomē tuuz in vniuersa terra. Gloria in excelsis deo. non dicitur nisi fuerit dñica.

Deus cuius hodierna Oro. die preconium innocentes martyres non loquendo: sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis viciorum mala mortifica: vt fidem tuam quam lingua nostra loquitur: etiam moribus vita fateatur: Dominum nostrum. Commentorationes de natiuitate sancte marie: sancti stephani: ⁊ sancti ioānis dicātur. Lectio libri apoc. beati ioannis apostoli. xiiij. cap.

In diebus illis: Vidi supra montem syon agnum stantem: ⁊ cum eo centum quadragintaquattuor milia habentes nomen eius ⁊ nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocē de celo tanq̄z vocem aquarum multarum: ⁊ tanq̄z vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui sicut cytharedorum cytharizantium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem: ⁊ ante quattuor animalia ⁊ seniores. Et nemo poterat dicere canticum: nisi illa centum quadragintaquattuor milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus: primitie deo ⁊ agno. Et in ore ipsorum non est inuentum mendaciū. Sine macula: sunt ante thronum dei. Graduale.

Anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantium. ℣. Laqueus cōtritus est: ⁊ nos liberati sumus: adiutoriū nostrum in noīe domini qui fecit celuz ⁊ terrā. Laus tibi christe. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Laus tibi christe. Dicitur. Alleuia loco Laus tibi christe. si venerit in dominica. Sequentia.

Laus tibi christe patris optiminate de⁹ oīpotētie. Quem celitus iubilat super astra manentis plebis decus armōie. Quē agmina infantū sonoris hymnis collaudant etheris in arce. Quos īpius ob noīs odiuz tui misero strauerat vulnere. Quos pie nūc remuneras in celis christe pro penis nitide. Solita vsus gratia q̄ tuos ornas coronis splēdide. Quoꝝ precibus sacris dele p̄camur pie nostre crimina vite. Et quos tuis laudibus iūxeras nobis: istic dones clemēs fauere. Illis eterne dans lumē glorie. Nobis terrea ꝯcede vincere. Vt liceat serenis actib⁹ pleniter adipisci dona tue gratie. Herodis vt nō fiat socius q̄squis in horū laude se exercet propere: Sed eternaliter cum eisdem cateruis

tecũ sit domine. Scdm matth. ij. ca.

In illo tpe: Angelus dñi appa ruit in sommis ioseph: dicẽs: Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egyptum: ⁊ esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum ⁊ matrẽ eius nocte ⁊ secessit in egyptum: ⁊ erat ibi vsq; ab obitum herodis: vt impleretur quod dictum est a dño per prophetam dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tũc herodes videns quoniam illusus esset a magis iratus est valde: ⁊ mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleẽ ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu ⁊ infra: scdm tempus qd exquisierat a magis. Tũc adimpletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Vox in rama audita est: prolatus ⁊ vlulatus multus. Rachel plorans filios suos: ⁊ noluit consolari: qr non sunt. Credo in dicitur. Offerto.

Anima nostra sicut passer erepta ẽ de laqueo venantium: laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. Secre.

Sanctoꝝ tuorum nobis dñe pia non desit oratio: q̃ ⁊ nr̃a munera tibi cõciliet: ⁊ tuã nobis indulgentiam semper obtineat. Per.

Prefatio de natiuitate. Commu.

Vox in rama audita ẽ ploratus ⁊ vlulatus: rachel plorans filios suos noluit consolari: qr non sunt. Cõple.

Votiua dñe dona percepimus que ⁊ scõrum tuorum nobis precibus innocentum ⁊ presentis vite q̃s pariter ⁊ eterne tribue conferre subsidium. Per dñm. ¶ In festo sancti Thome episcopi ⁊ martyris.



Introitus.

Laudeamus omnes in dño diẽ festum celebrãtes in honore beati thome martyris de cuius passiõe gaudẽt ãgeli: ⁊ collaudant filium dei. Ps. Misericordias domini in eternuz cãtabo. Oro.

Deus ꝓ cuius ecclia gl̃iosus martyr ⁊ pontifex thomas gladijs persecutoruz occubuit: cõcede ꝓpicius: vt omnes q eius implorant auxiliũ: petitiõis sue salutarem consequant effectũ. Per. Cõmemorationes de natiui. scẽ marie sancti stephani: ioãnis: innocentũ. Epl'a. Oĩs põtifex. Reqre in cõicõfessoꝝ. fo. cxcviij. Gra. Ecce sacerdos magnus q in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi q cõseruaret legez excelsi. Alleluia. ℣. Ego suz pastor bonus ⁊ cognosco oues meas ⁊ cognoscũt me mee. Seq̃ntia.

Spe mercedis ⁊ corone stetit thomas in agone: ad mortem obediens. Morte christum imitatus fide firmus ⁊ firmatus: firmo gressu gradiens. Aurit furor militaris vt vir sacer sacris aris ĩmoletur hostia. Quez occidunt ⁊ scientes introducunt nescientes ad eterna gaudia. Christi felix hic athleta qui subire mente leta mortem non abhorruit. Ut sit salus infirmorum ⁊ medela peccatorum gratiam ꝓmeruit. Ceci claudi surdi muti sũt

ad vsuz restituti: diuina potentia. Nō est morbus quem non curet dum morbo sum non obduret: tarda diffidentia: Nostes christi christo cedunt: signa signis dum succedunt argumento fidei. Ergo martyr innocetur: vt per eum nobis detur ad superna prouehi.

Scōm Joannem. x. capitu.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suaz dat pro ouibus suis. Mercennarius autē z qui non est pastor: cuius non sunt oues proprie: videt lupū venientem: z dimittit oues z fugit Et lupus rapit z dispergit oues. Mercēnarius autē fugit quia mercennarius est: z non pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus: z cognosco oues meas: z cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater: z ego agnosco patrem: z animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: z illas oportet me adducere. Et vocem meam audient. Et fiet vnuz ouile: z vnus pastor. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te z tribuisti ei Secre.

Hostias tibi domine beati thome martyris tui dicatas meritis benignus assume: z ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Prefatio de natiuitate. Communio. Ego sum pastor bonus alleluia: z cognosco oues meas: z cognoscunt me mee: alleluia.

Refecti participatio Cōplen. ne muneris sacri: quesumuz domine deus noster: vt cuius exequimur cultum: sentiamus effectū. Per dominum nostrum. ℂ Dominica infra octauam natiuitatis dñi. Introitus.



Am medium silentium tenerēt omnia: z nox in suo cursu mediū iter haberet: omnipotens sermo tuus domine de celis a regalibus sedibus venit. Ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinez z precinxit se virtute. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. p. Et fiāt cōmemorationes: vt supra. Ad galatas. iiij. c.

Fratres: Quāto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo: cum sit dominus omniuz: sed sub tutoribus z actoribus est vsqz ad prefinituz tempus a patre: Ita z nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi huius eramus seruientes. Ad vbi venit plenitudo temporis: misit deus filiuz suum factum ex muliere: factuz sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum dei reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba pater. Itaqz iaz non est seruus: sed filius. Quod si filius z heres per deum. Gradnale.

Speciosus forma pre filijs hominuz diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opa mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinē z precinxit se virtute. **Sequentia.** Fratres nūc omnes. **vt supra.** fo. viij. **Scōz lu. ij. c.**

In illo tpe: Erat ioseph z maria mater ieſu: mirantes super his que dicebātur de illo. Et benedixit illis symeon: z dixit ad mariā matrez eius: Ecce positus est hic in ruinam: z in resurrectionem multorum in israel: z in signum cui cōtradicetur. Et tuam ipsius animam p transibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitatiōes. Et erat anna prophetissa filia phanuel: de tribu aser. Hec processerat in diebus multis: z vixerat cum viro suo annis septez a virginitate sua. Et hec vidua erat ad annos octogintaquattuor. Que non discedebat de templo ieiunijs z obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domino: z loquebat de illo omnibus qui expectabant redemptionem israel. Et vt perfecerūt omnia scōm legem domini reuersi sunt in galileam: in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat z confortabatur plenus sapientia: z gratia dei erat in illo. **Offertorium.** Deus enim firmauit orbem terre q non commouebitur: parata sedes tua de' ex nūc a seculo tu es. **Secr.**

Oblata cede qs omnipotens deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum z gratiam nobis pie deuotionis obtineat: z effectum beate perhennitatis acquirat. Per dominum nostrum ieſum christum. **Prefatio de natiuitate. Cōmunio.**

Tolle puerum z matrem eius z vade in terram iuda: defuncti sunt enim q querebant animam pueri. **Cōpleta.**

Per huius domine operationem mysterij z vicia nostra purgentur: z iusta desideria cōpleantur. Per dominum. ¶ **In octaua natiuitate domini. Introitus.**



Altum tuū domine deprecabūtur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in letitia z exultatione. **Psal.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Oratio.**

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi premia prestitisti: tribue qs: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quaz meruimus auctorē vite suscipere: Dominū. **Pretermissis cōmemorationibus suprascriptis. Ad Gala. iij. c.**

Fratres: Priusquam veniret fides: sub lege custodiebamur: concluſi in eam fidem que reuelanda erat. Itaq; lex pedagogus noster fuit in christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam nō sub pedagogo sumus. Omnes

enim filij dei estis: per fidem que est in christo iesu. Quicunq; enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neq; grecus: non est seruus neq; liber: non est masculus neq; femina. Omnes enim vos vnum estis in christo iesu. Si autem vos christi ergo semen abrahe estis scom promissionem heredes. Dico autem: quanto tempore heres paruulus e nihil differt a seruo: cu sit dns omniu: sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad prefinitum tempus a patre. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: ppterea bndixit te deus in eternu. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permasisti: dei genitrix intercede pro nobis. Sequentia de natiuitate. Scom lucam. ij. cap. In illo tempore: Postq; cosummati sunt dies octo: vt circuncideretur puer: vocatu est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo priusq; in vtero conciperetur. Credo in vnum. Offer. Offerētur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in letitia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Manueribus nostris Secreta. quesumus domine pcibusq; susceptis: & celestibus nos mundamysterijs & clementer exaudi. Per dominum nostrum iesum christu filium. Prefatio. Quia per incarnati verbi. Coñ. Simile est regnum celoz hoi negociatoi queréti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua & comparauit eam. Hec nos domine communio purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice semperq; virgine maria celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum. ¶ Nota q; hec oratio. Deus qui salutis. pro commemoratione habeatur singulis diebus vsq; ad purificationem. Sequentia de natiuitate. Prefatio de natiuitate. Reliqua vt supra. ¶ In octaua sancti stephani omnia fiant sicut in die eius: cum commemoratione vt supra. Credo. non dicitur. Prefatio de natiuita. ¶ In octa. sancti ioannis omnia vt in die eius: cum commemoratione dominice: sancte marie: innocentum. Credo. dicit. Prefatio de natiuitate. Si hec octaua in die dominico euenerit: tam diurnum q; nocturnum officium: vt in die ipsius cōpleat. ¶ In octaua innocentum. Gloria in excelsis deo: Alleluia. Sequentia. Ite missa est. omnia dicuntur. Credo in vnum deum. non dicitur. Prefatio de natiuitate dicitur. Et si in die dominico euenerit: omnia vt in die cōpleantur ¶ In vigilia epiphanie ad missam Introitus. Dum medium silētium. vt supra. Credo non dr. Oblata nostra quesumus domine venture festiuitatis splēdor: illustret: quo mūdi huius tenebris carere & peruenire valeamus ad patriā claritatis eterne. Per dñm. Ad romanos. cap. Fratres: Scimus quoniam quecūq; lex loquitur his qui

Sto mihi in deū protectorē ⁊ in locū refugij vt saluum me facias:q̄m firmamētū meū ⁊ refugium meum es tu: ⁊ propter nomen tuum dux mihi eris ⁊ enutries me. ℣. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Oratio. Preces nr̄as quesumus dñe clementer exaudi: atq; a pcōr̄ nostrorum vinculis absolutos:ab oi nos aduersitate custodi. p. Que oratio sola dicatur. Lectio epistole. j. Ad corinthios. xiij. cap: Fratres:Si linguis hominū loquar ⁊ angelorum:charitatē autem non habeam:factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam:⁊ nouerim mysteria omnia ⁊ omnem sciētiam. Et si habuero omnem fidē: ita vt montes transferam:charitatem autem non habuero:nihil sum. Et si distribuero in cibos paupr̄ omnes facultates meas:⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autē non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiēs est benigna est Charitas non emulatur: non agit perperam non inflatur:non est ambitiosa:non querit que sua sunt:non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate:congaudet autem veritati. Oia

tati. Oia suffert: oia credit: oia sperat: oia sustinet. Charitas nunq̃ excidet: siue pphetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue sciẽtia destruetur. Ex parte enĩ cognoscimus: ⁊ ex parte pphetamus. Cũ autez venerit qđ perfectum est: euacuabitur qđ ex parte est. Cum essem paruulus: loqbar vt paruulus: sapiebam vt paruulus: cogitabã vt paruulus. Ñ auté factus sum vir: euacuaui que erãt paruuli. Videmus nunc per speculũ in enigmate: tunc autem facie ad faciez. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Nunc autem manent fides spes ⁊ charitas: tria hec. Maior aũt horum est charitas.

Graduale. Tu es deus q facis mirabilia solus: notam fecisti in gẽtibus virtutem tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios israel ⁊ ioseph.

Tractus. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione. ℣. Scitote quoniã dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. ℣. Nos autẽ populus eius ⁊ oues pascue eius.

Scõm lucam. xviij. capitulo. In illo tempore: Assumpsit ihesus duodecim discipulos suos secreto: ⁊ ait illis: Ecce ascendimus hierosolymam: ⁊ consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus ⁊ illudetur: ⁊ flagellabitur ⁊ conspuetur. Et postq̃ flagellauerint: occident eum: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret iherico: cecus quidaz sedebat secus viã mendicans. Et cũ audiret turbaz pterẽtẽ interrogabat qd hoc esset. Dixerunt autez ei q ihesus nazarenus transiret: ⁊ clamauit dicens: Ihesu fili dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili dauid miserere mei. Stans autem ihesus iussit euz adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam: At ille dixit. Dñe: vt videam lumẽ. Et dixit illi ihesus: Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit ⁊ sequebatur eum magnificans deuz. Et omis plebs vt vidit: dedit laudẽ deo.

Offer. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedictus es domine doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Secre. Hec hostia qs domine emundet nra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum subfiditorum tibi corpora mentesq̃ sanctificet. Per dominum.

Communio. Manducauerũt ⁊ saturati sunt nimis ⁊ desiderium eoz attulit eis dñs: non sunt fraudati a desiderio suo.

Comp. Quesumus ops deus: vt qui celestia alimenta percepimus p hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

In capite ieiunij benedictio cineris sic fiat. Omnipotens sempiterne deus: parce penitentibus pro-

piciare supplicantibus: ⁊ mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui bene ✠ dicat ⁊ scti ✠ ficet cineres istos: vt sint remedium salubre oibus nomen tuum humiliter implorantibus: ac semetipsos pro conscientia delictoꝝ suoꝝ accusantibus: atq; ante conspectuz diuine clementie tue sacinora sua deplorãtibus: vel serenissimam maiestatez tuam suppliciter obnixeq; flagitantibus: ⁊ presta quesumus per inuocationem tui sanctissimi nominis: vt quicunq; eos super se asperserit: pro redemptione peccatorum suorum corporis sanitatem ⁊ anime tutelam percipiant. Per dñm nr̃z.

Domine deus Scda oratio.
ops bene ✠ dicere ⁊ scti ✠ ficare digneris hos cineres suppliciter exoramus: vt quos in tuo nomine sancto atq; filij tui dñi nostri iesu christi bñ ✠ dicimus: sint omnibus fidelibus purgatio facinoꝝ atq; omnium delictorum suoruz: ⁊ petimus clementiam tuam: vt spiritum sanctũ tuũ mittere digneris super omnes istos: quatenus omnes qui eos sup se sparserint vel deportauerint sint armis celestibus defensi: ⁊ sint sanctificati in anima ⁊ in corpore: ⁊ ne vlterius a malignis spiritibus polluantur: sint liberi atq; defensi per virtutem eiusdem spiritus sancti. Per. Tertia oratio.

Deus q non vis mortem sed penitentiam desideras peccatorũ: fragilitatem conditionis humane benignus respice: ⁊ hos cineres quos pro causa proferende humilitatis atq; promerẽde venie: capitibus nostris imponi decreuim⁹ bñ ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare pro tua pietate dignare: vt qui nos cinerem esse: ⁊ ob prauitatis nostre meritu in puluerez reuersuros cognoscimus: peccatorum oium veniam ⁊ premia penitentibus repromissa misericorditer cõsequi mereamur.

Per dñm. Quarta oratio.
Deus q humilitate flecteris: ⁊ satisfactiõe placaris: aures tue pietatis inclina precibus nostris: ⁊ capitibus seruorum tuorum horum cinerum aspersione attactis effunde propitius gr̃am tue benedictionis: vt eos ⁊ spiritn compunctionis repleas: ⁊ que iuste postulauerint efficaciter tribuas: ⁊ concessa perpetua stabilitate intactos manere decernas. Per christum dñz nostrum iesum. Hic incessentur ⁊ aq̃ benedicta aspergantur: quibus finitis chorus incipiat. Introitus.



Exaudi nos dñe quoniã benigna ẽ misicordia tua. Secundum multitudinem miserationũ tuaꝝ. Respice nos dñe. ℣. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsq; ad animam meam. Gloria patri. Exaudi nos. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Oremus. Flectamus genua. Leuate Oratio.

Concede nobis dñe presidia militie christiane scis inchoare ieiunijs: vt contra spiritales nequitias

pugnaturi continentie muniamur auxilijs. Per dominum nostrum Iesum chr̄m. Qua finita cantet̄ hec añ. Immutemur habitu in cinere ⁊ cilicio: ieiunemus ⁊ ploremus ante dñm: qꝛ multuꝫ misericors est dimittere peccata nr̄a deus noster. Interim accedat clerus ⁊ ppl's ad sacerdotem: qui liniat capita eorum cum cinere dicens. Memento o hō qui pulvis es ⁊ in cinerem reuerteris. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne: deus q niniuitis in cinere ⁊ cilicio penitētibus indulgētie tue remedia p̄stitisti: concede ꝓpitius: vt sic eos imitemur habitu: quatenus venie cōsequamur obtentu. Per d. His peractis procedēte cruce fiat processio in aliquā ecclesiā: cātādo hāc añaꝫ. Juxta vestibulū ⁊ altare plorabāt sacerdotes ⁊ leuite ministri dñi ⁊ dicent: parce domine populo tuo: ⁊ ne dissipes ora clamantium ad te domine. Cuꝫ responsorio. In ieiunio. Flectamus genua. Cū aūt appropinquauerit ecclesie ad quaꝫ fit ꝓcessio: inchoetur añ. que congruit illi sancto in cuius honore ecclesia est cōsecrata. Coram altari clerus ⁊ ppl's prosternat se: ⁊ dicat clerus Septem psalmos penitentiales. Dñe ne in furore tuo argu. cum reliquis. Deinde dicat sacerdos preces cum oratione pro peccatis: ⁊ vnam orationem sancti illius ecclesie: ⁊ sic cū Letania reuertantur ad matricem ecclesiam. Quibus peractis incipiatur. Ad missam Introitus.



Misereris oīuꝫ domine ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti dissimulans pctā hoīuꝫ propter penitētiā: ⁊ parcēs illis: qꝛ tu es dñs deus nr̄. p̄s. Miserere mei deus miserere mei: quoniaꝫ in te cōfidit aīa mea. Gloria pr̄i. Et sic agatur per totam. xl. qñ. de tp̄e agit̄. exceptis dñicis diebus. Kyriele. feriale. Flectamus genua. Leuate. Et dicat̄ quotidie in missa de ieiunio: exceptis dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis.

Presta q̄s domine deus fidelibus tuis: vt ieiunioꝝ venerāda solēnia ⁊ congrua pietate suscipiant: ⁊ secura deuotiōe percurrāt. Per dñm. Ab hac die vsqꝫ ad dominicā de passione post or̄onem dici dñr orationes. A cunctis nos q̄sumus dñe. Et oratio. Op̄s sempiterne deus: q viuorum dñaris simul ⁊ mortuorum. Exceptis diebus dominicis ⁊ festiuis. Lectio

Hiohelis prophete. ij. capitu. Hec dicit dñs: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in plāctu: ⁊ scīdite corda vr̄a ⁊ non vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dñm deum vestrū: qꝛ benignus ⁊ misericors est: patiens ⁊ multe misericordie: ⁊ prestabilis super malitia. Quis scit si cōuertatur ⁊ ignoscat deus: ⁊ relinquat post se benedictonem: sacrificium ⁊ libamē domino deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiuniuꝫ: vocate cetuꝫ: congregate po

puluz: sctiſtcate eccleſiã: coadunate ſenes: congregate paruulos ⁊ ſugẽtes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: ⁊ ſpõſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ ⁊ altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini: ⁊ dicẽt: Parce dñe parce ppl'o tuo: ⁊ ne des hereditatẽ tuam in opprobriũ: vt dominent̃ eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt deus eorum? Zelatus eſt dñs terrã ſuam: ⁊ pepercit ppl'o ſuo. Et reſpondit dominus ⁊ dixit ppl'o ſuo. Ecce ego mittã vobis frumentum ⁊ vinuz ⁊ oleum: ⁊ replebimini in eis. Et non dabo vos vltra in opprobrium ingentibus: dicit dominus omnipotens. Grad. Miſerere mei deus miſerere mei: qm̃ in te confidit anima mea. ℣. Miſit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ conculcãtes me. Tract. Domine non ſecunduz peccata noſtra facias nobis: neqz ſecunduz iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtraꝝ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordie tue: qꝛ pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriã nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris: Propter nomen tuũ. Iſte tractus dicitur per totam. xl. ſecunda: quarta: ⁊ ſexta ferijs: excluſis diebus tractus ſpeciales habentibus. Secundum mattheum. vj. capitu. In illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enim facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes. Amẽ dico vobis: qꝛ receperunt mercedez ſuam. Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuum: ⁊ faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: ſed patri tuo qui eſt in abſcõſo. Et pater tuus qui videt in abſconſo: reddet tibi mercedẽ. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. Theſaurizate autez vobis theſauros in celo: vbi neqz erugo neqz tinea demolitur: ⁊ vbi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim eſt theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuum. Offer. Exaltabo te dñe quoniam ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me: dñe clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. Secreta.

Fac nos queſumus domine his muneribus offerẽdis cõuenienter aptari: qbus ipſius venerabilis ſacramẽti celebramus exordium. Per dominuz noſtrũ. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Que p̃fatio dicatur omnibus diebus dominicis ⁊ feriatis vſqz dominicam paſſionis ſm romanam eccleſiam vſqz dominicam palmarum. Com̃. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte: dabit fructuz ſuuz in tpe ſuo.

Percepta nobis dñe. Comp. prebeant ſacramenta ſubſidium: vt tibi grata ſint noſtra ieiunia ⁊ nobis ꝓficiant ad medelã. Per dominum. Nota ꝙ poſt vltimum. Per dominum noſtrũ ieſum chr̃z filium tuum. quotidie in feriali officio dicit̃ Oremus Et dyaconus imponit humilitate capita veſtra. deo. Deinde ſacerdos dicat oratio

nem super populum vsq; in domi-
nicam palmarum. Oratio.

Inclinantes se domine maiesta
ti tue propitius intende: vt qui di-
uino munere sunt refecti: celestibus
semper nutriãtur auxilijs. Per d.
Quo finito conduditur cum Bene
dicamus domino. Feria.v. Introi.



Am clamarez ad
dominum exau-
diuit vocem meã
ab his q appropi
quant mihi: z hu
miliauit eos q est
ante secula z ma-
net in eternũ: ia-
cta cogitatũ tuum in domino: z ipse te
enutriet. ℣. Exaudi deus orationem
meam z ne despexeris deprecationem
meam: intende mihi z exaudi me. Glo-
ria pa. Flectamus genua. Oratio.

Deus q culpa offenderis peni
tentia placaris: preces popu
li tui supplicantis propitius respice:
z flagella tue iracũdie que pro pec-
catis nostris meremur auerte. Per.
Lectio esaie prophete. xxxviij. cap.

In diebus illis. Egrotauit eze-
chias vsq; ad mortem: z intro
iuit ad eum esaias filius amos pro
pheta dicẽs ei: Hec dicit dominus.
Dispone domui tue: q morieris
tu z non viues. Et conuertit ezechi
as faciem suam ad parietem z ora
uit ad dominum z dixit: Obsecro
te domine: memento queso quomo
do ambulauerim coram te in veri
tate z corde perfecto: z quod bonũ
est in oculis tuis fecerim. Et fleuit
ezechias fletu magno. Et factus est
verbum domini ad esaiam dicens:
Vade z dicezechie: Hec dicit domi
nus deus dauid patris tui. Audiui
orationem tuam: z vidi lachrymas
tuas. Ecce ego adijciam super dies
tuos quindecim annos. Et de ma-
nu regis assyriorum eruam te z ci-
uitatem istam: z protegam eam. Ait
dominus omnipotens. Grad. Ia
cta cogitatum tuum in domino z ipse
te enutriet. ℣. Dum clamarem ad do
minum: exaudiuit vocem meam ab
bis qui appropinquant mihi. Scõm
Matthẽum. viij. capitulo.

In illo tempore: Cum intro-
isset iesus capharnaum: accessit ad
iesum centurio: rogans eum z di-
cens: Domine: puer meus iacet in
domo paralyticus: z male torque-
tur. Et ait illi iesus. Ego veniam z
curabo eum. Et respondens centu-
rio ait: Domine non sum dignus
vt intres sub tectum meum: sed tan
tum dic verbo z sanabitur puer me
us. Nam z ego homo sum sub ptã
te constitutus: habens sub me mi-
lites: z dico huic vade z vadit: z
alio veni z venit: z seruo meo: fac
hoc z facit. Audiens autem iesus
miratus est: z sequentibus se di-
xit: Amen dico vobis non inueni
tantam fidem in israel. Dico autem
vobis q multi ab oriente z occi-
dente venient: z recumbent cũ abra
am isaac z iacob in regno celorum.
Filij autem regni eijcientur in tene-
bras exteriores: ibi erit fletus z stri
dor dentium. Et dixit iesus centu-
rioni. Vade: z sicut credidisti: fiat ti
bi. Et sanatus est puer exilla hora.

Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Sacrificijs presentibus domine quesumus intende placatus: vt & deuotioni nostre proficiant & saluti. Per dominum nostrū iesum christum filium. Cōmunio.

Acceptabilis sacrificium iustitie: oblatiões & holocausta sup altare tuuz dñe.

Celestis doni bene Complen. dictione percepta: supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramēti causa sit & salutis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

Super populum Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignus flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. ¶ Feria vj. Introitus.



Adiuit dominus & misertus ē mihi: dominus factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine: quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Oratio.

Achoata ieiunia quesumus domine benigno fauore prosequere: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam synceris exercere valeamus. Per dominum nostrum iesum christuz.

Lectio esaie prophete. lviij. capitu.

Hec dicit dominus deus: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Et annuncia populo meo scelera eorum: & domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt: & scire vias meas volunt. Quasi gens que iustitiam fecerit: & que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie: & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenietur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Nūquid contorqnere quasi circulum caput suum: & saccum & cinerez sternere? Nunquid istud vocauj ieiunium & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiuniuz quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum: & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua: & gloria domini col

liget te. Tunc inuocabis: ⁊ dominus exaudiet. Clamabis ⁊ dicet: ecce assum. Quia misericors sum: dominus deus tuus. Graduale.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitez in domo domini. ℣. Ut videam voluntatem domini: ⁊ protegar a templo sancto suo. Tractus.

Domine non secunduz peccata. ⁊c.

Iscōm mattheum. v. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuuz: ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autez dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos ⁊ orate pro persequētibus: ⁊ calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum: quid amplius facitis? Nonne ⁊ ethnici hoc faciunt? Estote ergo ⁊ vos perfecti: sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrez vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te: sicut hypochrite faciunt in synagogis ⁊ in vicis: vt honorificētur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suaz. Te autem faciente elemosynam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in absconso. Et pater tuus qui videt in absconso: reddet tibi. Offertoriū.

Domine viuifica me ꝑm eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. Secre.

Sacrificium domine obseruātie paschalis offerimus: presta quesumus: vt tibi ⁊ mentes nostras reddat acceptas: ⁊ continentie promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuuz. Com̄.

Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Comp.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos vno pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Super populum oratio.

Tuere domine populum tuū: ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla ei dominetur iniquitas. Per dominum nr̄m iesum christū filiū tuū. ¶ Sabbato. Introitus.



Esto mihi in deum protectorez: ⁊ in locum refugij vt saluum me facias: quoniam firmamentuz meum ⁊ refugium meum es tu: ⁊ propter nomen tuum dux mihi eris ⁊ enutries me. ꝑs. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Oratio.

PReces nostras quesumus do
mine clementer exaudi: atq; a
peccatorum vinculis absolutos ab
omni nos aduersitate custodi. Per
dominum nostrum iesum christum.

Lectio esaie prophete. lviij. capitu.

HEc dicit dominus: Si abstule
ris de medio tui cathenam
& desieris digitum tuum extendere
& loqui quod non prodest. Cum
effuderis esurienti animam tuam:
& animam afflictam repleueris: tūc
orietur in tenebris lux tua: & tene
bre tue erunt sicut meridies. Et req
em dabit tibi dominus deus tuus
semper: & implebit splendoribus
animam tuam: & ossa tua liberabit.
Et eris quasi ortus irriguus: & sicut
fons aquarum cuius non deficient
aque. Et edificabuntur in te deserta
seculorum. Fundaméta generatio
nis & generationis suscitabis: & vo
caberis edificator sepium: auertens
semitas in quieté. Si auertis a sab
bato pedem tuum: facere voluntā
tem tuam in die sancto meo: & vo
caueris sabbatum dedicatum & san
ctum domini gloriosum. Et glo
rificaueris eum dum non facis vi
as tuas: & non inuenietur volun
tas tua: vt loquaris sermonem:
tunc delectaberis super domino: &
sustollam te super altitudinem ter
re: & cibabo te hereditate iacob pa
tris tui. Os enim dñi locutum est.

Grad. Tu es deus qui facis mirabi
lia solus: notā fecisti in gentibus virtu
tem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo
populum tuum: filios israel & ioseph.

Secundum marcum. vj. capitulo.

IN illo tempore: Cum sero esset
factus: erat nauis in medio ma
ris & ipse solus in terra: & vidit di
scipulos suos laborantes in remi
gando. Erat enim ventus contra
rius eis. Et circa quartam vigili
am noctis venit ad eos ambulans
super mare: & volebat preterire eos.
At illi vt viderunt eum ambulan
tem supra mare: putauerunt fan
tasma esse: & exclamauerunt. Oēs
enim eum viderunt & turbati sunt.
Et statim locutus est cum eis: &
dixit illis. Confidite: ego sum: no
lite timere. Et ascendit ad illos in
nauim: & cessauit ventus. Et plus
magis intra se stupebāt. Non enim
intellexerunt de panibus: erat enim
cor illorum obcecatum. Et cum trās
fretassent peruenerunt in terram ge
nezareth & applicuerunt. Cumq;
egressi essent de naui: continuo co
gnouerunt eum. Et percurrentes
vniuersam regionem illam: cepe
runt in grabatis eos qui se male
habebant circumferre: vbi audie
bant eum esse. Et quocunq; introi
bat in vicos vel in villas aut ciuita
tes: In plateis ponebant infirmos:
& deprecabantur eum: vt vel fim
briam vestimenti eius tangerent.
Et quotquot tangebant eum: sal
ui fiebant. Offertori. Benedictus
es domine: doce me iustificationes tu
as: benedictus es domine: doce me iu
stificationes tuas: in labys meis pronū
ciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

HEc hostia quesumus domine
emūdet nostra delicta: & ad sa
crificium celebrandum subditos

tibi corpora mentesq; sanctificet. Per dominum nostrum. **Com.** Manducauerũt ⁊ saturati sunt nimis ⁊ desiderium eorum attulit eis dñs: nõ sunt fraudati a desiderio suo. **Compl.** Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nr̃m. **Super populum. Oratio.** Adesto quesumus domine supplicatiõibus nostris: ⁊ in tua misericordia confidentes: ab omnibus aduersitate custodi. Per dominum nostrum iesuz. ¶ **Dominica prima in quadragesima. Introi.**



Inuocauit me ⁊ ego exaudiã eum: eripiam eum ⁊ glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. **ps.** Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi cõmorabitur. **Oratio.** Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinẽdo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. **Que sola dicatur. Ad corinthios.** Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionẽ: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in suauitate: in spiritu sancto: in charitate non ficta: in verbo veritatis: In virtute dei: per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonam famam: vt seductores ⁊ veraces: sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quasi morientes ⁊ ecce viuimus. vt castigati ⁊ non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq; nihil habentes: ⁊ omnia possidentes. **Gradua.** Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq; offendas ad lapidem pedem tuum. **Tractus.** Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu: ⁊ refugiũ meum: deus meus sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pẽnis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem: a negocio perambulante in tenebris: a ruina ⁊ demonio meridiano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decem milia a dextris tuis: tibi au

tem non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt costodiāt te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq̄ offendas: ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eū: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ℣. Inuocabit me ⁊ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiam eum ⁊ glorificabo eum: longitudine dierum replebo euz: ⁊ ostendam illi salutare meum. Secūdum mattheum. iiij. capitulo.

In illo tempore: Ductus est iesus in desertum a spiritu: vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: postea esurijt. Et accedens tentator dixit ei: Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptuz est: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatez: ⁊ statuit eum supra pinnaculum templi: ⁊ dixit ei. Si filius dei es: miite te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mādauit de te: ⁊ in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus rursum: Scriptum est: non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit euz diabolus in mōtem excelsum valde: ⁊ ostēdit ei omnia regna mundi ⁊ gloriā eoꝝ: ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus: Vade sathana: scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabant ei. Offer.

Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus: te domine deprecantes: vt cuz epularum restrictione carnalium: a noxijs quoq̄ voluptatibus temperemur. Per dominum. Comminio. Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circūdabit te veritas eius. Complenda.

Tui nos dñe sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortiū. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuum. ¶ Feria secūda Introitus.



Dicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum deuz nostrū donec misereatur nostri: miserere nostri domine miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Gloria patri. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum nostruz iesum christum filium tuuz. Qui. Lectio Eze

chielis prophete. xxxiiij. capitulo.

Hec dicit dominus: Ecce ego ipse requiram oues meas. Et visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum: in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas. Et liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerant in die nubis ⁊ caliginis. Et educam eas de populis: ⁊ congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suam: ⁊ pascam eas in montibus israel: in riuis ⁊ in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: ⁊ in montibus excelsis israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis virentibus: ⁊ in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oues meas: ⁊ ego eas accubare faciam: dicit dominus deus. Quod perierat requiram: ⁊ quod abiectum erat reducam. Et quod confractuz fuerat alligabo: ⁊ quod infirmum fuerat consolidabo: ⁊ quod pingue ⁊ forte costodiam. Et pascam illas in iudicio ⁊ iustitia: dicit dominus omnipotens.

Grad. Protector noster aspice deus: ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tractus. Domine non ſm peccata. xxv. ⁊c. vt supra feria q̄rta cinerum. Secūdum mattheum. xxv. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Cum venerit filius hominis in maiestate sua ⁊ omnes angeli eius cum eo: tūc sedebit super sedem maiestatis sue ⁊ cōgregabuntur ante eum omnes gentes: et separabit eos abinuicem sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris eius: hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Uenite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mūdi esuriui enim: et dedistis mihi manducare. Sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes eram ⁊ collegigistis me. Nudus: ⁊ operuistis me. Infirmus: ⁊ visitastis me. In carcere eram: ⁊ venistis ad me. Tūc respondebunt ei iusti dicentes. Domine: quando te vidimus esurientem: ⁊ pauimus te? Sitientem: ⁊ dedimus tibi potum? Quando autem vidimus te hospitem: et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quando vidimus te infirmum: aut in carcere: ⁊ venimus ad te. Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis: q̄ꝫdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet et de his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enim: ⁊ non dedistis mihi manducare. Sitiui. et non dedistis mihi potum. Hospes eraz ⁊ non collegistis me. Nudus: ⁊ non operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere: ⁊ non visitastis me. Tunc respondebunt ei ⁊ ipsi dicentes: Domine: quando te vidimus esurientem: aut sitientem.

aut hospitem: aut nudum: aut infirmum: vel in carcere: & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis q̄diu non fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam. **Offertorium.** Reuela oculos meos & considerabo mirabilia tua domine vt doceas me iustitias tuam: da mihi intellectum vt discam mandata tua. **Secreta.** Munera domine oblata sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum iesum christū. **Cōm.** Voce mea ad dñm clamaui & exaudiuit me de monte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. **Complēda.** Salutaris tui domine munere satiati: supplices exoramus vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per dominum nostrum. **Super populum. Oratio.** Absolue quesumus domine nostrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur propitiatus auerte. Per dominum nostrum iesum christum. **Feria tertia. Introitus.**



Domine refugiū factus es nobis: a generatione & progenie: a seculo & in seculum tu es. **ps.** Priusq; montes fierēt aut formaretur terra & orbis: a seculo & vsq; in scm tu es deus. **Oratio.** Respice domine familiam tuā & presta: vt apud te mēs nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in. **Lectio ysaie prophete. lv. capitulo.** In diebus illis: Locutus est esaias prophēta dicens: Querite dominum dum inueniri potest. Inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam: & vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dominum: & miserebitur eius: & ad deum nostrū: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre: neq; vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: & cogitatiōes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber & nix de celo: & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram: & infundit eam: & germinare eam facit. Et dat semen serenti: & panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecunq; volui. Et prosperabitur in his ad que misi illud: aut dominus ops. **Gra.** Dirigatur oratio mea sicut incensus in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **Scōm Matthēum. xxj. cap.** In illo tempore: Cum intrasset iesus hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicēs: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est iesus prophēta a nazareth

galilee. Et intrauit iesus in templū dei: ⁊ eijciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mensas nummulariorum: ⁊ cathedras vendentium columbas euertit. Et dicit eis: Scriptum est: Domus mea dom⁹ orationis vocabitur: vos aũt fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci ⁊ claudi in tẽplo: ⁊ sanauit eos. Videntes aũt principes sacerdotum ⁊ scribe mirabilia que fecit: ⁊ pueros clamantes in templo ⁊ dicentes: Osanna filio dauid: indignati sunt ⁊ dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq; nunq̃ legistis: quia ex ore infantium ⁊ lactẽtium perfecisti laudem. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ i bethaniã: ibiq; docebat eos de regno dei.

Offertorium. In te speraui dñe dixi tu es de⁹ meus: in manib⁹ tuis tẽpora mea.

SBlatis q̃s domine **Secreta.** placare muneribus: ⁊ a cũctis nos defende periculis. Per. **Comũ.** Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti me: miserere mihi domine ⁊ exaudi orationem meam. **Complenda.** Qesumus dñe omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum. **Super populum oratio.** Ascendant ad te domine preces nostre: ⁊ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum ⁊c. ¶ **Feria quarta quatuor temporum. Introitus.**



Eminiscere miserationum tuarum domine: ⁊ misericordie tue que a seculo sũt: ne vnq̃m dominẽtur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. **psalm⁹.** Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. **Dicatur absq; salutatione.** Oremus. Flectamus genua. Leuate. **Oratio.** Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: ⁊ contra cuncta nobis aduersantia dexterã tue maiestatis extende. Per dominum nostrum iesum christum filiũ.

Lectio libri exodi. xxiiij. cap. In diebus illis: Dixit dominus ad moysen: Ascende ad me in montem ⁊ esto ibi. Daboq; tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legem ac mandata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerunt autem moyses ⁊ iosue minister eius. Ascendensq; moyses in montẽ dei: senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos: habetis aaron ⁊ hur vobiscum: siquid natum fuerit questionis: referetis ad eos. Cunq; ascẽdisset moyses operuit nubes montem: ⁊ habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini: quasi ignis ardens super verticẽ montis in conspectu filiorum isra-

el. Ingressusq; moyses medium ne bule ascendit in montez. Et fuit ibi quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus. Graduale. ℣ ribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatem meam ⁊ laborē meuz: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur Dominus vobiscum. fine Oflectamus genua. Oratio. Euotionem populi tui q̄sumus domine benignus intende: vt qui per abstinentiaz macerantur in corpore: per fructuz boni operis reficiantur in mente. Per dominuz. Lectio libri Regum.iii. libri.xix.c. IN diebus illis: Uenit helyas in berfabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerum suum: ⁊ perrexit in desertum viam vnius diei. Cunq; venisset ⁊ sederet subter vnam iunipeꝝ: ⁊ petiuit anime sue vt moreretur: ⁊ ait: Sufficit mihi domine tolle q̄so animam meam: neq; enim melior sum q̄z patres mei. Proiecitq; se ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dominitetigit eū: dixitq; illi: Surge comede. Respexit: ⁊ ecce ad caput suum subcinericius panis ⁊ vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secundo: ⁊ tetigit eum: dixitq; illi: Surge ⁊ comedie: grandis enim restat tibi via. Qui cuz surrexisset comedit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illiuz quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: vsq; ad montem dei oreb. Tractus. De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatem meam ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animaz meam: deus meus in te confido nō erubescam: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes vana. Scōm matthēū xij.ca. IN illo tempore: Accesserunt ad iesum scribe ⁊ pharisei dicentes: Magister: volumus a te signum videre. Qui respondēs ait illis: Generatio mala ⁊ adultera: signum querit et signum nō dabitur ei: nisi signuz ione prophete. Sicut eniz ionas fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cū generatione ista. Et condemnabūt eam: quia penitentiaz egerūt in predicatione ione. Et ecce plusquaz ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista: ⁊ condēnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusquā salomon hic. Cuz autem immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querens requiez ⁊ non inuenit. Tunc dicit: reuertar in domum meam vnde exiui: ⁊ veniens inuenit eam vacantem scopis mundataz ⁊ ornatam: tunc vadit ⁊ assumit secum septem alios spiritus nequiores se. Et intrantes habitant ibi: ⁊ fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit ⁊ generatiōi huic pessime. Adhuc eo loquē

te ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidaꝫ: Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicēti sibi: ait: Que est mater mea? Et q sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicūqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater: soror ⁊ mater est. Offertoriuꝫ.

Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo man' meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerim': vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominuꝫ. Com̄.

Intellige clamorem meum: intende voci orōnis mee: rex meus ⁊ deus meus: qm̄ ad te orabo domine. Compl.

Tui domine perceptione sacramēti ⁊ a nostris mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per. Super pplm. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agēda sunt: ⁊ que recta sunt agere valeamus. Per dominuꝫ. ¶ Feria. qnta Introit'.



Onfessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ⁊ magnificentia in sanctificatione ei'. ps Cantate domino canticum nouū: cātate dño oīs t̄ra.

Deuotionē populi tui quesumus domine benignus intēde vt qui per abstinentiā macerātur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mēte. Per. d. Oro.

Lectio ezechielis prophete. xviij. c.

In diebus illis: Factus est sermo domini ad me dicēs: Quid est q̄ inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra israel dicentes: Patres nostri comederunt vuā acerbam: ⁊ dentes filioꝝ obstupescunt? Viuo ego dicit dñs deus. Si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in israel? Ecce oēs anime mee sunt vt anima p̄ris: ita ⁊ anima filij mea ē. Aia que peccauerit ipsa morieť. Et vir si fuerit iustus: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiā: in montibus non comederit: ⁊ oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: ⁊ vxorem proximi sui non violauerit: Et ad mulierē menstruatam non accesserit: ⁊ hominez non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit: ⁊ nudum operuerit vestimēto. Ad vsuram non commodauerit: ⁊ amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: ⁊ iudicium verum fecerit inter virum ⁊ virum: ⁊ in preceptis meis ambulauerit: ⁊ iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est: vita viuet ⁊ non morietur: ait dominus omnipotens. Graduale. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alaꝝ tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meum prodeat: oculi

tui videant equitatem. Scdm ioan. viij.ca.

In illo tpe: Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos: Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: ⁊ cognoscetis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos. Responderũt ei: Semen abrahe sumus ⁊ nemini seruiuimus vnq̃z: quo modo tu dicis: liberi eritis? Respõdit eis iesus: Amẽ amen dico vobis: qꝛ omnis qui facit peccatũ: seruus est peccati. Seruus autẽ nõ manet in domo in eternum: filius autem manet in eternũ. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ filij abrahe estis: sed q̃ritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego qd̃ vidi apud patrem loquor ⁊ vos que vidistis apud patrez vestrum facitis. Rñderunt ⁊ dixerũt ei: Pater noster abraham est. Dicit eis iesus: Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere: hominem q̃ veritatẽ locutus sum vobis: quaz audiui a deo: hoc abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaq̃z ei: Nos ex fornicatiõe non sumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus: Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̃z me. Ego enim ex deo ꝓcessi ⁊ veni. Neq̃z eniz a me ipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis: qꝛ non potestis audire sermonem meum: vos ex pr̃e diabolo estis: ⁊ desideria patris vr̃i vultis facere. Ille homicida erat ab initio: ⁊ inueritate non stetit: quia veritas non est in eo. Cum loquitur mẽdacium ex proprijs loquitur: quia mendax est ⁊ pater eiꝰ. Ego autem si veritatẽ dico nõ credetis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatez dico q̃re vos non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offertori.

Immitit angelus domini in circuitu timentiũ eum: ⁊ eripiet eos: gustate ⁊ videte qm̃ suauis est dominus. Secre.

Sacrificia quesumus domine propensius nos ista saluẽt que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum. Cõmu.

Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Compléda.

Vorum nos domine largitate donorum ⁊ temporalibus attolle presidijs ⁊ renoua sempiternis. Per. Sup populũ Oratio

Da quesumus domine populis christianis ⁊ que profitentur agnoscere: ⁊ celeste munus dilegere quod frequentant. Per do. ¶ Feria.vj. Introi.



De necessitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatem meaz ⁊ laborem meuz: ⁊ dimitte oĩa peccata mea. psal.

Ad te domine leuaui animam meã: deus meus ĩ te confido non erubescam.

Esto domine propitius plebi tue: ⁊ quam tibi facis esse deuotam benigno refoue miseratus auxilio. Per. Lectio ezechielis prophete. xviij. capitulo.

Hec

Hec dicit dominus deus. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Justitia iusti super eum erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est: et custodierit omnia precepta mea: et fecerit iudicium et iustitiam: vita viuet et non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est viuet. Numquid voluntatis mee est mors impij: dicit dñs deus: et non vt conuertatur a vijs suis et viuat. Si aũt auerterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniqtatem: secõm oẽs abominaciones quas operari solet impius: nũquid viuet? Oẽs iustitie eius ąs fecerat non recordabũtur in preuaricatione qua preuaricatus est: et in pctõ suo quod peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite ergo domus israel: Numquid via mea nõ est equa: et non magis vie vestre praue sunt? Cũ enĩ auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem morietur in eis: in iustitia quam operatus est morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est et fecerit iudicium et iustitiã: ipse animã suã viuificabit. Considerans enim et auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet et non morietur: dicit dñs ops. **Graduale.** Saluum fac seruũ tuum deus meus sperantẽm in te. ℣. Auribus percipe domine oratiõnem meam. **Scõm iohannem. v. ca.**

In illo tpe: Erat dies festus iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina que cognominabatur hebraice bethsaida: quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo languentium: ceco:rum: claudorum: et aridorum expectantium aquemotum. Angelus autem domini secõm tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat: a quacũq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi: triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem: et cognouisset q: multum iam tempus haberet dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine hominẽm non habeo: vt cũ turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: dum venio ego: alius ante me descendit. Dicit ei iesus: Surge tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autẽ sabbatum in illa die. Dicebãt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis lãguidus. Qui me sanum fecit: ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus ne-

sciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea iuenit eū iesus i tẽplo ⁊ dixit ei: Ecce sanꝰ fcūs es: iā noli peccaꝛ ne deterius tibi aliq cōtingat. Abiit ille homo: ⁊ nunciauit iudeis qꝛ iesus esset qui fecit eum sanum. **Offer.** Benedic aīa mea dño ⁊ noli obliuisci oēs retributiones eius: ⁊ renouabitur sicut aquile iuuētus tua. **Secreta.** Suscipe quesumus dñe munera nostris oblata seruitijs: ⁊ tua ꝑpitius dona sanctifica. Per dominum nostrum iesum christum. **Com.** Erubescant ⁊ cōturbētur oēs inimici mei: auertantur retrorsum ⁊ erubescant valde velociter. **Comp.** Per huius dñe operationem mysterij ⁊ vitia nostra purgētur: ⁊ iusta desideria compleantur. Per dominum. **Sup pplm.** Exaudi nos misericors deus ⁊ mentibus nostris gr̃e tue lumen ostēde. Per. **Sabbato q̃ttuoꝛ tẽpoꝛ. Introitus.**



Attret oro mea i conspectu tuo: in clina aurem tuaz ad precem meaz dñe. ꝑs. Dñe deus salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te. Gloria. **Oremus.** Flectamus genua. Leuate. **Oratio.**

Populum tuum domine quesumus propitius respice: atqz ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum iesum.

Lectio libri. Deutro. xxvj. ca.

In diebus illis: Dixit moyses ad dominum dicens: Respice dñe de sanctuario tuo: ⁊ de excelso celorum habitaculo. Et benedic populo tuo israel ⁊ terre quam dedisti nobis: sicut iurasti pribus nostris terre lacte ⁊ melle mananti. Audi israel: hodie dñs deus tuus precepit tibi vt facias mandata eius atqz iudicia. Et custodias ⁊ impleas ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie: vt sit tibi deus: ⁊ ambules in viis eius: ⁊ custodias cerimonias illius: ⁊ mandata atqz iudicia: ⁊ obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi: ⁊ custodias omnia precepta eius. Et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem ⁊ nomen ⁊ gloriam tuam: vt sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. **Graduale.** Propitius esto dñe peccatis nostris: ne quādo dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter honorem nois tui dñe libera nos. **Oremus.** Flectamus genua. Leuate. **Oratio.**

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis ⁊ corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per dominum nostrum iesum christum. **Lectio libri Deutronomij.**

In diebus illis: Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis: ⁊ feceritis ea: vt diligatis do

minum deum vestrum: ⁊ ambu le-
tis in omnibus vijs eius: aderen-
tes ei: disperdet domīus omnes gē
tes istas ante faciem vestram: ⁊ pos
sidebitis eas que maiores ⁊ fortio
res vobis sunt. Omnis locus quē
calcauerit pes vester: vester erit. A
deserto ⁊ libano: ⁊ flumine magno
eufrate vsq; ad mare occidentale
erunt termini vestri. Nullus stabit
contra vos. Terrorem vestrum ⁊
formidinem dabit dominus de-
us vester: super omnem terram
quam calcaturi estis: sicut locu-
tus est vobis dominus deus no-
ster. Graduale. Protector nr̄ aspice
deus: ⁊ respice super seruos tuos. ℣.
Domine deus virtutum exaudi preces
seruorum tuorum. Oremus. Fle-
ctamus genua. Leuate. Oratio.

PRotector noster aspice deus
vt qui malorum nostrorum
pondere preminur: percepta miseri
cordia libera tibi mēte famulemur.
Per domimū nostrum iesum chri-
stum filium tuuz. Lectio libri Ma
chabeorum. j. cap̄. libro. ij. cap̄.

IN diebus illis. Orationez fa-
ciebant sacerdotes dum offerrēt sa
crificium pro populo israel: iona-
tha incipiente: ceteris autem respō
dentibus ⁊ dicentibus: Benefaci
at vobis deus: ⁊ meminerit testa-
menti sui quod ad abraam isaac ⁊
iacob locutus est: seruorum suorū
fidelium. Et det vobis cor omni-
bus vt colatis eum: ⁊ faciatis eius
voluntatem. Adaperiat cor vestrū
in lege sua ⁊ in preceptis suis: ⁊ fa-
ciat pacem. Exaudiat orationes
vestras ⁊ reconcilietur vobis: nec
vos deserat in tempore malo: domi
nus deus vester. Gra. Dirigatur.
oratio mea sicut incensuz in conspectu
tuo domine. ℣. Eleuatio manuū mea
rum sacrificium vespertinum. Ore-
mus. Flectam⁹ genua. Leua. Oro.

ADesto quesumus dn̄e suppli
catiōibus nostris: vt eē largi
ente mereamur ⁊ inter ꝓspera hūi-
les: ⁊ īter aduersa securi. Per dn̄z.
Lcō li. sapientie. Eccl̄iastici. xxxvj.

MIserere nostri deus omnium
⁊ respice nos: ⁊ ostende no
bis lucem miserationum tuarum.
Et immitte timorem tuum sup gen
tes que nō exquisierūt te: vt cogno-
scant quia non est deus nisi tu: vt
enarrent magnalia tua. Alleua ma
num tuam super gentes alienas: vt
videant potentiaz tuam. Sicut enī
in conspectu eorum sanctificatus
es in nobis: sic in conspectu nostro
magnificaberis in eis: vt cogno-
scant te sicut ⁊ nos cognouimus
quia non est alius deus preterte do-
mine. Innoua signa: ⁊ immuta mi
rabilia: glorifica manuz ⁊ brachiū
dextrum. Excita furorem ⁊ effunde
iram. Extolle aduersarium ⁊ affli-
ge inimicum. Festina tempus ⁊ me
mento finis: vt enarrent mirabilia
tua domine deus noster. Gra. Sal
uum fac populum tuum dn̄e ⁊ benedic
hereditati tue. ℣. Ad te domīe clama
ui deus meus ne sileas a me: ⁊ ero simi
lis descendentibus in lacuz. Oremus

QFlectam⁹ genua. Leua. Oro.

QUesumus omnipotens deus
vota humilium respice atq; ad de-

fensionem nostram dexteram tue maiestatis extende. Per dominum

Lectio Danielis prophete. iij. cap.

In diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria & sociis eius in fornacem. **Requie sabbato qt tuor tpm in aduentu.** fo. vf. **Hymnus.** Benedictus es. &c. **per totū vt in aduentu dñi sabbato quattuor tēporum. Dominus. vobiscū. Oratio sine** Flectamus genua.

Eus qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium: concede ppitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitioꝝ. Per dñm. **Ad thessalonicenses. v. cap. j. epistola.**

Fratres: Roganus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes. Suscipite infirmos patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semp qđ bonum est sectamini invicem & in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec enim voluntas dei in christo iesu in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni spetie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt iteger spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu dñi nostri iesu christi seruetur. **Tractus.**

Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas dñi manet in eternum. **Scōm matthеum. xvij. capi.**

In illo tpe: Assumpsit iesus petrum & iacobū & ioannē fratrē eius: & duxit illos in mōtē excelsum seorsum & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses: & helias cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ad iesum: Domine: bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū: moysi vnum: & helie vnum. Adhuc eo loquente ecce nubes candida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit iesus & tetigit eos: dixitq; illis. Surgite: & nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi soluz iesum. Et descēdentibus illis de monte: precepit eis iesus dicens: Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. **Offertorium.** Domine deus salutis mee in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. **Secre.**

Resentibus sacrificijs qs domie ieiunia nostra sanctifica: vt qđ observantia nostra profitetur exterius: interius operetur. Per dominum **Cōmunio.** Domine deus meus in te speraui: libera me ex omnibus persequentibus me & eripe me. **Cōplē.**

Sanctificationibus tuis opus deus & vicia nostra curentur: & remedia nobis eterna perueniāt.

Per do. Super populū. Oratio.

DA populo tuo quesumus domīe spiritū veritatis et pacis vt ⁊ te tota mēte cognoscat: ⁊ que tibi sint placita: toto corde sectetur. Per dominum nostrum. eiusdem.

¶ Domiuica secunda in q̄dragesima. Introitus.



Reminiscere miserationum tuarū dñe ⁊ misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq̄ dominent̄ nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnib⁹ augustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui animā meā: deus me⁹ i te cōfido nō erubescā.

DEus q cōspicis oī nos Oro virtute destitui: interius exteriusq; custodi vt ⁊ ab omnibus aduersitatibus: mūiamur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mēte. Per d. sola dicit̄. Ad Thessalonicēses. iiij. prime epistole.

FRatres: Rogam⁹ vos ⁊ obsecramus in domino iesu vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere deo: sic ⁊ ambulet̄ vt abūdetis magis. Scitis enimque precepta dederiz vobis per dominum iesum. Hec est enim volūtas dei: sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiōe: vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione: ⁊ honore. Non i passione desiderij: sicut ⁊ gētes q̄ ignorāt deū ⁊ ne quis supgrediatur neq; circunueniat in negocio fratrē suum: quoniam vindex est dominus de his omnib⁹: sicut prediximus vobis ⁊ testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immundiciaz: sed in sanctificationem. i christo iesu domīo nostro. Gra. fo. xxx. Offertoriū ⁊ cōm. oīa vt supra feria quarta. Tractus. Dixit dominus: mulieri chananee: non ē bonū sumere panem filiorum ⁊ mittere canibus ad māducādum. ℣. At illa dixit: etiam domīe: nā ⁊ catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. ℣. Ait illi iesus: o mulier magna ē fides tua: fiat tibi sicut petisti. Scd̄z mattheū. xv. ca.

IN illo tempore Egressus iesus secessit i partes tyri et sydōis ⁊ ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit: dicens ei: Miserere. mei domine fili dauid: filia mea male a demone vexatur. Qui nō respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post uos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues que perierant domus israel. At illa venit ⁊ adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum ⁊ mittere canibus: At illa dixit: Etiam domine. Nam ⁊ catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suoruz. Tunc respōdens iesus ait illi: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ei⁹ ex illa hora. Secr̄.

SAcrificijs presētibus quesumus domine intēde placatus vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊

Saluti. Per dñm. Complen. Applices te rogamus omni potens deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concede. Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Feria secunda. Introitus.



Edime me domine ⁊ miserere mei pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicaz dominum. ℘s. Judica me domine qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperãs nõ infirmabor. Gloria. Ofo. Presta qs ops deus: vt familia tua que se affligendo carne ab alimentis abstinet: sectando iustitiaz a culpa ieiunet. Per dñm. Lectio Danielis prophete. xi. cap̃.

In diebus: illis orauit daniel ad dñm dicens. Dñe deus noster: qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: ⁊ fecisti tibi nomen sm diem hanc. Peccauimus iniquitatem fecimus dñe in oẽm iustitiã tuam. Auertatur obsecro ira tua ⁊ furor tuꝰ a ciuitate tua hierusalem: ⁊ a monte sancto tuo. Propter pctã eniz nr̃a ⁊ iniqtates patrũ nr̃oz hierlz ⁊ populus tuus in obprobriũ sint omnibus per circuitũ nostruz. Nũc ergo exaudi deus noster orationẽ serui tui: ⁊ pces eius. Et ostẽde faciem tuã super sanctuariuꝫ tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurẽ tuam ⁊ audi. Aperi oculos tuos ⁊ vide desolationẽ nostrã: ⁊ ciuitatẽ super quã inuocatum est nomẽ tuum. Neqz enim in iustificationibus nostris prosternimus pces ante faciem tuã: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe. placare domine. attende ⁊ fac. Ne moreris propter temetipsum deus meus. quia nomen tuũ inuocatũ est super ciuitatez ⁊ super populũ tuũ: dñe deus noster. Gradua. A diutor meus ⁊ liberator meus esto domine ne tardaueris. ℣. Confundantur ⁊ reuereãtur inimici mei qui querunt aiam meã. Tractus. Domine non sm peccata no. ℟c. vt supra feria quarta cinerum. Scõm ioannem. viij. cap̃.

In illo tempore: dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado: ⁊ queritis me: ⁊ in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei: Nunqd interficiet semetipsuz: quia dicit: quo ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis. Vos deorsuz estis: ego de superius sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia morieminí in peccatis vestris. Si enim non crediderítis quia ego sum: morieminí in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis iesus: Principium qui ⁊ loquor vobis. Multa habeo de vobis loquí ⁊ iudicare: sed qui misit me verax est. ⁊ ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deuz. Dixit ergo eis iesus: Cũ exaltaueritis filium hominis: tunc

cognoscetis quia ego sum. Et a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me misit mecum est: ⁊ non relinquit me solum: quia ego que placita sunt ei: facio semper. **Offertorium.** Benedicam domino qui mihi tribuit intellectum prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. **Secre.** Hec hostia domine placatiōis ⁊ laudis tua nos propitiatione dignos efficiat. Per dominum nr̄m. **Com̄.** Domine dominus noster: q̄ admirabile ē nomē tuū ī vniuersa terra. **Cōpl.** Hec nos cōmunio domine purget a crimine: ⁊ celestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominum. **Super pplm̄. Oratio.** Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: ⁊ q̄bus fiduciam sperande pietatis indulges: cōsuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. ¶ **Feria tertia. Introitus.**



Ibi dixit cor meuz quesiui vultū tuū: vultū tuū domine requiram: ne auertas faciaz tuam a me. **ps.** Dñs illuminatio mea ⁊ salus mea: quem timebo. **Oratio.** Perfice quesumus domine benignus in nobis obseruantie sancte subsidium: vt qui te auctore facienda cognouimus te operāte impleamus. Per dominum nostruz.

Lectio libri Regum. xvij. c.iij. lib.

In diebus illis. Factus est sermo dñi ad helyam thesbitem dicens: Surge ⁊ vade in sareptam sydoniorum: ⁊ manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue vt pascat te. Surrexit ⁊ abijt in sareptam sydoniorum. Cunqz venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocauit eam: dixitqz ei: Da mihi paululum aque in vase vt bibam. Cunqz illa pergeret vt afferret clamauit post tergum eius dicens: Affer mihi obsecro ⁊ bucellam panis in manu tua. Que respondit: Viuit dominus deus tuus: quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farine in hydria: ⁊ paululum olei in lechito. Encolligo duo ligna vt ingrediar: ⁊ faciam illud mihi ⁊ filio meo vt comedamus ⁊ moriamur. Ad quam helyas ait: Noli timere: sed vade ⁊ fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farina subcinericium panem paruulum: ⁊ affer ad me. Tibi autem ⁊ filio tuo facies postea. Hec autem dicit dominus deus israel. Hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuetur vsqz in diem in qua daturus est dominus pluuiaz super faciem terre. Que abijt ⁊ fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipse ⁊ illa: ⁊ domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit: ⁊ lechitus olei non est imminutus: iuxta verbū domini quod locutus fuerat in manu helye. **Grad.** Iacta cogitatum

tuũ in domĩo ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dominũ exaudiuit vocez meam ab his qui appropinquant mihi

I Scdm Mattheum. xxiij. ca. In illo tempore: Locutus est iesus ad turbas ⁊ ad discipulos: suos: dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei. omnia ergo quecunqz dixerint vobis: seruate ⁊ facite. scdm opera vero eorũ nolite facere. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Alligant autem onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponunt in humeros hominũ. Digito autem suo nolũt ea mouere: Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim philateria sua: ⁊ magnificant fimbrias. Amãt autez primos recubitus in cenis: ⁊ primas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro: ⁊ vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester. Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocari vobis super terram. vnus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christus. Qui maior est vestruz: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit: humiliabitur. Et qui se humiliauerit exaltabitur.

Offerto. Miserere mei dñe ꝟm magnam misericordiam tuam: dele domine iniquitatem meam. Secre. Sanctificationẽ tuam nobis dñe his mysterijs operare placatus: que nos ⁊ a terrenis purget vicijs: ⁊ ad celestia dona perducat. Per. d. Com. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Complẽ. Ut sacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos tuis quesumus semp obedire mãdatis. Per.

P Super populum. Oratio. Propitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ animarum nostraꝝ medere languoribus: vt remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per dominũ. ¶ Feria. iiij. Introitus.



Ne dereliquas me dñe deus meus ne discedas a me intende in adiutorium meũ dñe virt⁹ salutis mee. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Oratio. Populuz tuũ dñe propiciatus respice ⁊ quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoqz vicijs cessare concede. Per dñm.

I Lectio libri Hester. xiij. capitu. In diebus illis: Orauit hester ad dominũ dicens: Domine deus rex omnipotens: in ditione eniz tua cũcta sunt posita: ⁊ non est qui possit tue resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum ⁊ terrã: ⁊ quicquid celi ambitu continetur. Tu es dñs omniũ: ⁊ nõ est qui resistat maiestati tue. Et nũc dñe rex regum deus abraam: miserere populo tuo. quia volunt nos inimici nostri perdere: ⁊ hereditatez tuã delere. Ne despicias partez tuã

quam redemisti tibi: sed exaudi deprecationē nostrā: & propitius esto sorti & funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctū nostrū in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuū. Et ne claudas ora canentiū te: dñe deus noster. **Grad.** Saluum fac populū tuū dñe & benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas a me: & ero similis descendentibus in lacum. **Scōm matthēum .xx. cap.**

In illo tpe. Ascendēs iesus hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā & filius hois tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condēnabūt eū morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum. & flagellandū & crucifigendum. & die tertia resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cū filijs suis: adorāns & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā tuā: & vnus ad sinistrā in regno tuo. Respondens autē iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Dicūt ei: possumus. Ait illis: Calicē quidē meum bibetis: sedere autē ad dexterā meam & sinistrā non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audiētes decē indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autē vocauit eos ad se & ait: Scitis quia principes gentium dominant eorum. & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicunq; voluerint iter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hois nō venit ministrari sed ministrare: & dare animā suā in redēptionē pro multis. **Offer.** Ad te dñe leuaui animā meā: deus meus in te cōfido nō erubescā: neq; irrideant me inimici mei: & etenī vniuersi qui te expectāt non cōfundentur. Hostias dñe quas tibi offerimus propitius respice: & per hec sancta cōmercia: vicula peccatorū nostrorū absolue. Per dñm. **Cōfi.** Iustus dñs & iustitiam dilexit. equitatē vidit vultus eius. **Cōpleda.** Sumptis dñe sacramētis ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentū. Per dñm. **Super pplm. Oratio.** Deus innocentie restitutor & amator: dirige ad te tuorū corda seruorū: vt spiritus tui feruore concepto & in fide inueniantur stabiles: & in opere efficaces. Per dominum. eiusdē spiritus. ℂ **Feria .v. Introi.**



Deus in adiutoriū meum intende: dñe ad adiuuādū me festina: confundant & reuereātur oēs inimici mei: qui querunt aiam meam. **ps.** Auertant retrorsum & erubescāt q volūt mihi mala. Glia. **Oratio.** Presta nobis quesumus dñe auxiliū gratie tue vt ieiuniis & orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis & corpo

ris. Per dominum nostrum iesuz christum. ꝛc. Lectio hieremie prophete.xvij.ca.

Hec dicit dñs. Maledictus homo qui cõfidit in hoĩe: ꝛ ponit carnẽ brachium suum: ꝛ a dño recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto. Et nõ videbit cũ venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis ꝛ in habitabili. Benedictus vir qui confidit in dño: ꝛ erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignũ quod trãsplãtatur sup aquas: quod ad humorẽ mittit radices suas ꝛ non timebit cuz venerit estus. Et erit foliũ eius viride: in tpe siccitatis non erit solicituz: nec aliquando desinet facere fructum. Prauũ est cor hominis ꝛ ĩscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dñs scrutãs. cor: ꝛ probans renes: qui do vnicuiqz iuxta viam suam: ꝛ iuxta fructum adinuentionuz suarum: dicit dominus omnipotens. Graduale.

Propitius esto peccatis nostris domine: ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter honorem noĩs tui dñe libera nos. Scdm lucã. xvj.cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues ꝛ induebatur purpura ꝛ bysso: ꝛ epulabatur quotidie splendide. Erat autez quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam: eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. ꝛ nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebant ꝛ lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mẽdicus: ꝛ portaretur ab angelis in sinum habrae. Mortuus est autem ꝛ diues: ꝛ sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cuz esset in tormentis: vidit habraam alonge ꝛ lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater habraam miserere mei. ꝛ mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi habraam: Fili: recordare quia recepisti bona in vita tua: ꝛ lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos ꝛ vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt: neqz inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinqz fratres vt testetur illis: ne ꝛ ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi habraã. Habẽt moysen ꝛ prophetas: audiãt illos. At ille dixit: Non pater habraam: sed siquis ex mortuis ierit ad eos: penitentiaz agent. Ait autem illi: Si moysen ꝛ prophetas non audiunt: neqz siquis ex mortuis resurrexerit credent. Offerto.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui ꝛ dixit. precatus est moyses in conspectu domini dei sui ꝛ dixit: quare domine irasceris in populo tuo. parce ire anime tue. Memento habraam isaac ꝛ iacob: quibus iurasti dare regnum: terram fluentem lac ꝛ mel ꝛ placatus factus est dominus de mali-

gnitate quam dixit facere populo suo.

PResenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruātia nostra profitet̄ exterius: interius operetur effectu. Per dominum nostrum iesum christuz filium tuuz. Communio. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinem meū i me mā̄et ⁊ ego i eo dicit domin⁹. Secreta.

SAncta tua nos domine quesumus ⁊ a peccatis exuant: ⁊ celestis vite vigore cōfirment. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Compléda.

A Super populum. Oratio. Desto domine famulis tuis et perpetuam benignitatem largire poscentibus. vt his qui te auctore ⁊ gubernatore gloriantur ⁊ congregata restaures: ⁊ restaurata conserues. Per dominū nostrum iesuz christū. ¶ Feria sexta Introi.



Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo satiabor dum manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi domīe iustitiam meam: intē de deprecationem meam. Oratio.

DA quesumus omnipotēs deus: vt sacro nos purificante ieiunio: synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominum nostrum iesum. Lectio libri Genesis. xxxvij. capitu.

IN diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis: Audite somniuz meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro ⁊ quasi consurgere manipulum meum ⁊ stare: vestrosqz manipulos circunstantes adorare manipulum meuz. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue. Hec ergo causa somniorum atqz sermonum: inuidie ⁊ odij fomitem ministrauit. Aliud quoqz somnum vidit: quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem ⁊ lunam ⁊ stellas vndeciz adorare me. Quod cum patri suo ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui. Pater vero rez tacitus considerabat. Cunqz fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sychen: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sychimis: veni mittam te ad eos: Quo respondente. Presto sum: ait. Vade ⁊ vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos ⁊ pecora: et renuncia mihi quid agatur. Missus de valle hebron: venit in sychen. inuenitqz eum vir errantez in agro: ⁊ iterrogauit qd q̄reret. At ille respondit. Fratres meos quero. Indica mihi vbi pascant greges? Dixitqz ei: vir: Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: Eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inue-

nit eos in bothaim. Qui cum vidis
sent eum procul anteq̃ accederet ad
eos: cogitauerunt eum occidere: ⁊
mutuo loquebantur. Ecce somnia
tor venit: venite occidamus eum ⁊
mittamus in cisternam veterem. di
cemusq̃: fera pessima deuorauit eū.
⁊ tunc apparebit quid illi prosint
somnia sua. Audiens autem hec ru
ben: nitebatur liberare eum de mani
bus eorum: et dicebat. Non inter
ficiamus animam eius: nec effun
damus sanguinem eius: sed proij
cite eum in cisternam veterem: que
ē in solitudine: manusq̃ vestras ser
uate innocias. Hoc autem dicebat
volens eripere eum de manibus eo
rum: ⁊ reddere patri suo. Gradua
le. Ad dominum cum tribularer cla
maui exaudiuit me. ℣. Domine libe
ra animam meam a labijs iniquis: ⁊ a
lingua dolosa. Tractus. Domine nō
fm peccata nostra. ⁊c. vt supra feria
quarta cinerum. fo. xxv. Scōm mat
thēū. xxi. c.
In illo tempore: Di
xit ieſus diſcipulis ſuis ⁊ tur
bis iudeorum parabolam hanc:
Homo quidam erat pater familias
qui plantauit vineam: ⁊ sepem cir
cundedit ei. Et fodit in ea torcular:
⁊ edificauit turrim: ⁊ locauit eam
agricolis: ⁊ peregre profectus est.
Cum autem tempus fructuum ap
propinquasset: misit seruos suos
ad agricolas vt acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis ser
uis eius alium ceciderunt: alium oc
ciderunt: alium vero lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos: plures
prioribus: ⁊ fecerunt illis similiter.
Nouissime autem misit filium su
um ad eos dicens. Verebuntur fo
sitam filium meum. Agricole autez
videntes filium: dixerunt intra se.
Hic est heres: venite occidamus eū
⁊ habebimus hereditatez eius. Et
apprehensum eum eiecerunt extra
vineam: ⁊ occiderunt. Cuz ergo ve
nerit dominus vinee: quid faciet
agricolis illis? Aiūt illi: Malos ma
le perdet: ⁊ vineam suam locabit ali
is agricolis: qui reddant ei fructus
temporibus suis. Dicit illis ieſus:
Nunq̃ legistis in scripturis. Lapi
dem quem reprobauerunt edifican
tes: hic factus est in caput anguli: a
domino factum est istud: ⁊ est mira
bile in oculis nostris. Ideo dico vo
bis: quia auferetur a vobis regnuz
dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus
eius. Et qui ceciderit super lapidem
istum confringetur. Super quem
vero ceciderit: conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdo
tum ⁊ pharisei parabolas eius: co
gnouerūt q̃ de ipsis diceret. Et que
rentes eum tenere: timuerūt turbas
quoniam sicut prophetam eum ha
bebāt. Offertori. Domine in auxili
um meum respice: confundantur ⁊ re
uereantur qui querunt animam meam
vt auferant eam. Secreta.
Hec in nobis sacrificia deus ⁊
actione permaneant: ⁊ operatione
firmentur. Per dominum nostrū
ieſum christum filium tuū. Cōm.
Tu domine seruabis nos: ⁊ custodi
es nos a generatione hac in eternum.
Hac nos quesumus Cōplen.
dñe accepto pignore saltutis

eterne si tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per dominuz. Super populum. Oratio.

Da quesumus dñe populo tuo salutem mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inherendo tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dñm. ¶ Sabbato. Introit⁹.



Ex dñi irreprehēsibilis conuertēs animas: testimonium dñi fidele sapientiam prestans paruulis. ps. Celi enarrāt gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū. Oratio.

Da quesum⁹ dñe nostris effectum ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per. Lectio libri. Gene. xxvij. ca.

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: ⁊ dicentem ei. Affer mihi de venatione tua: ⁊ fac cibos vt comedā: ⁊ benedicam tibi coram domino anteq̄ moriar. Nunc ergo fili mi: acquiesce consilijs meis: ⁊ pergēs ad gregē affer mihi duos hedos optimos vt faciā ex eis escas patri tuo: quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris ⁊ comederit: benedicat tibi priusq̄ moriatur. Cui ille respondit: Nosti quod esau frater meus homo pilosus sit: ⁊ ego lenis: si attrectauerit me pater meus ⁊ senserit: timeo ne putet sibi voluisse me illudere: ⁊ inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quē mater. In me sit ait ista maledictio fili mi: tm̄ audi vocem meam: ⁊ pergens affer que dixi. Abijt ⁊ attulit: deditq; matri sue. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius: ⁊ vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi: induit eum. pelliculasq; hedorum circundedit manibus: ⁊ colli nuda protexit. Deditq; pulmentum: ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Patermi. At ille respondit. Audio: quis es tu fili mi? Dixitq; iacob: Ego suz esau primogenitus tuus feci tibi sicut precepisti mihi. Surge sede ⁊ comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumq; ysaac ad filium suum. Quomodo inquit tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respōdit voluntas dei fuit vt cito occurreret mihi quod volebam. Dixitq; ysaac: Accede huc vt te tangam fili mi: ⁊ probem vtrum tu sis filius meus esau: an non. Accessit ille ad patrem: ⁊ palpato eo dixit ysaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus: manus sunt esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau. Respōdit: Ego suz At ille: Affer inquit mihi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto dixit ad eum. Accede ad me: ⁊ da mihi osculum fili mi.

Accessit ⁊ osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimentoꝝ eius fragrantiaꝫ: benedicens illi ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore celi ⁊ ō pinguedine terre abūdantiā frumenti vini ⁊ olei. Et seruiāt tibi populi: ⁊ adorēt te tribus. Esto dñs fratrum tuoꝝ ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi benedictiōibus repleatur. Dixᵗ ysaac sermonez impleuerat: ⁊ egresso iacob foras venit esau: coctoq; de venatione cibos intulit patri dicens: Surge pater mi: ⁊ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi ysac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore vehementi: ⁊ vltraq; credi potest ammirans ait: Quis igitur ille est: qui dudum captam venationem mihi attulit. ⁊ comedi ex omnibus priusq; tu venires. Benedixitq; ei: ⁊ erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit clamore magno: ⁊ consternatus ait. Benedic etiaꝫ ⁊ mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: ⁊ accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Juste vocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera vice primogenita mea ante tulit: ⁊ nunc secundo surripuit benedictionem meaꝫ. Rursumq; ad patrem: Nunquid nō reseruasti ait ⁊ mihi benedictionem? Respondit Jsaac: Dominuꝫ tuum illum constitui: ⁊ omnes fratres suos seruituti illiuꝫ subiugaui. Frumento ⁊ vino ⁊ oleo stabiliui eum. Et tibi post hec vltra fili mi quid faciam: Cui esau: Num vnaꝫ inquit tm̄ benedictionem habes pater: mihi quoq; obsecro vt benedicas. Cūq; eiulatu magno fleret: motus Jsaac dixit ad eum. In pinguedine terre ⁊ in rore celi desuper: erit benedictio tua. Gra. Bonum est cōfiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annūciandū mane miseri cordiam tuam; ⁊ veritatem tuam per noctem. Scōm lucam. xv. capitu. In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc Homo quidam habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior ex illis patri. Pater: Da mihi portionez substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies cōgregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: ⁊ ibi dissipauit substantiam suam: viuēdo luxuriose. Et postq; omnia consummasset: facta est fames valida in regione illa: ⁊ ipse cepit egere. Et abiit ⁊ adhesit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos: ⁊ cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Quanti mercennarij in domo patris mei abūdant panibus: ego autem hic fame pereo: surgam ⁊ ibo ad patrem meum ⁊ dicam ei. Pater peccaui in celum ⁊ coram te: iaꝫ

non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater ipsius: & misericordia motus est: & accurrés cecidit super collum eius & osculatus est eum. Dixitq; ei filius. Pater: peccaui in celum & coram te. iaz non sum dignus vocari filius tuus dixit autē pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam: & induite illum: & date annulum in manu eius & calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum: & occidite: & manducemus & epulemur quia hic filius meus mortuus erat & reuixit: perierat & inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret & approximaret domui: audiuit symphoniam & chorum. Et vocauit vnum de seruis: & interrogauit qd hec essent. Ipsq; dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi: & mandatum tuum nūq̄ preteriui: & nunq̄ dedisti mihi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ filius tuus hic: qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili: tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat: & reuixit: perierat & inuentus est. **Offerto.** Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte. ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. **Secreta.** His sacrificijs cōcede dñe placatus. vt q̄ propriis oramus absolui delictis: non grauemur externis. Per dominum nr̄m. **Com.** Oportet te fili gaudeꝛ: qꝛ frater tuus mortuꝰ fuerat & reuixit: pierat & iuēt' é. **Sacraméti** tui quesumus dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat vt sui nos participes potenter efficiat. Per dominū. **Super pplz oratio.** Familiam tuā quesumus dñe continua pietate custodi. vt que in sola spe gratie celestis inniti tur: celesti etiaz ꝓtectiōe muniatur. Per. ¶ **Dñica.iij.in.lx. Introitus.**



Culi mei semper ad dominum qꝛ ipse euellet de laqueo pedes meos. respice in me & miserere mei qm̄ vnicus & pauper sū ego. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescaz. **Oratio.** Quesumus omnipotēs deus: vota humiliū respice atq; ad defensionem nostram dexteram tue maiestatis extende. Per dominum nostrum iesum christum. **Ad ephe sios. v. c.** Fratres. Estote imitatores dei sicut filij carissimi. & ambulate in dilectione sicut & christus dilexit nos: & tradi-

dit semetipsum p̃o nobis oblationem ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem ⁊ omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas: que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio: Hoc enim scitote intelligẽtes quod omnis fornicator: aut immundus: aut auarus qđ est idolorum seruitus non habet hereditatez in regno christi ⁊ dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hec enim venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bõitate ⁊ iustitia ⁊ vitate. Grad. Exurge domie non prevaleat homo iudicentur gentes in cõspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meũ retrorsum: infirmabũtur ⁊ perient a facie tua. Tractus. Ad te leuaui oculos meos q habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in mãibus dñorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Scõm In illo tempore: lucam.xj.ca. Erat iesus eijciẽs demonium: ⁊ illud erat mutum. Et cum eiecisset demoniũ locutus est mutus: ⁊ admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et alij tentantes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem: vt vidit cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum in se diuisum desolabitur: ⁊ domus supra domum cadet. Si autez sathanas in se ipsum diuisus quomodo stabit regnum eius: q̃ dicitis i beelzebub me eijcere demonia? Si aũt ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. Porro si in digito dei eijcio demonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus cõfidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui non est mecum contra me est. ⁊ qui non colligit me cum: dispergit. Cum autem immũdus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa querens requiẽ ⁊ non inueniens: dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit: inueniet eam scopis ẽmundatam ⁊ ornatam. ⁊ tũc vadit ⁊ assumit septez alios spiritus secum nequiores se: ⁊ ingressi habitant ibi: ⁊ fiunt nouissima homini illius peiora priorib⁹. Factum est autez cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit: ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit: Quinimmo. Beati qui audiũt verbũ dei: ⁊ custodiunt illud. Offertorium. Iustitie domini recte letificãtes corda ⁊ dulciora super mel ⁊ fauum. nam ⁊ seruus tuus custodit ea. Secreta. Hec hostia quesumus domine mundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium

crificium celebrandum subditorũ tibi corpora mentesq; sanctificet. Per. Coll. Passer inuenit sibi domum & turtur nidum vbi reponat pullos suos. altaria tua dñe virtutũ rex meus & deus meus: bti q habitãt in domo tua: in seculum seculi laudabunt te. Cõpl.

AUnctis nos quesumus domine reatibus & periculis propiciatus absolue: quos tanti misterij tribuis esse participes. Per do.

¶ Feria secunda Introitus.



IN deo laudabo verbum: in domino laudabo sermonem: in deo speraui. nõ timebo qd faciat mihi homo. ps. MIserere mei deus quoniã cõculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Oratio.

ORdinibus nostris qs domine gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis carnalib⁹ abstinem⁹: ita sensus quoq; nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per dominum nostrũ. Lcõ libri regũ. v. li. iiij.

IN diebus illis: Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominum suum & honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis & dives: sz leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrunculi: & captiuam duxerant de terra israel puellam paruulam que erat in obsequio vxoris Naaman: que ait ad dñam suã. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetã qui est in samaria: profecto curasset eum a lepra quã habet. Ingressus est itaq; naaman ad dominum suum: & nunciauit ei dicẽs. Sic & sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei rex syrie. Vade: & mittaz litteras ad regẽ israel. Qui cum profectus esset: & tulisset secum decem talenta argenti: & sex milia aureos: & decem mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cum acceperis epistolaz hãc scito q̃ miserim ad te naaman seruum meum vt cures eum a lepra sua. Cunq; legisset rex israel litteras scidit vestimẽta sua & ait: Numqd deus sum ego vt occidere possiz & viuificare: quia iste misit ad me vt curem hominez a lepra sua? Animaduertite & videte quot occasiões querat aduersuz me. Qõ cum audisset helyseus vir dei: scidit se videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimẽta tua? Veniat ad me: & sciat prophetam esse in israel. Venit ergo naaman cũ equis & curribus: & stetit ad hostium domus helyseí. Misitq; ad eum helyseus nũcium dicens: Vade & lauare septies in iordane: & recipiet sanitatez caro tua atq; mundaberis. Iratus naaman recedebat dicens: Putabam q̃ egrederetur ad me. Et stans inuocaret nomen domini dei sui: & tangeret manu sua locũ leprẽ: & curaret me. Nunquid non meliores sunt abana & pharphar fluuij damasci omnibus aquis terre israel vt lauer in eis: & munder? Cuz ergo vertisset se & abiret indignans: accesserũt ad

eum serui sui: & locuti sunt ei. Pater etsi rem grandem dixisset tibi p phetа: certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: lauare & mundaberis. Descendit ergo & lauit in iordane septies iuxta sermonez viri dei. Et restituta est caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli: & mundatus est. Reuersusq; ad virum dei cū vniuerso comitatu suo venit: & stetit coram eo: & ait: Vere scio q̄ nō sit deus alius in vniuersa terra nisi in dominus deus israel. **Gradua.** Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. **Scōz lucā.iiij.c.** In illo tempore: dixerūt ad iesum pharisei: Quanta audiuimus facta in capharnauz: fac & hic in patria tua. Ait autez iesus: Amē dico vobis: quia nemo prophеta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helie in israel: quando clausum est celum annis tribus & mensibus sex: cuz facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est helias: nisi in sareptam sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo prophеta: & nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt & eiecerunt eum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsq; ad supcilium montis: super quem ciuitas illorum erat edificata vt precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. **Offerto.** Exaudi deus orationem meaz: & ne despexeris deprecationem meam: intēde in me & exaudi me. **Secreta.** Munus quod tibi domine nostre seruitutis offerimus tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dominum nostrum. **Cōmu.** Quis dabit ex syon salutare israel cū auerterit dominus captiuitatez plebis sue: exultabit iacob & letabitur israel. Presta quesumus **Complenda.** mus omnipotēs deus: vt qō ore contiginus: pura mente capiamus. Per dominum nostrum. **Super populum Oratio.** Subueniat nobis quesumus domine misericors: dia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorū periculis te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Per dominum. ¶ **Feria tertia Introitus.**



Clamaui q̄mā exaudisti me deus: inclina aurem tuaz & exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillam oculi: subumbra alarum tuarum protege me. ℘s. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meā. **Oratio.** Exaudi nos ops & misericors deus: & cōtinentie salutaris propitius nobis dona concede. Per do. **Lectio libri regum.iiij.lib.iiij. cap.** In diebus illis. Mulier q̄dam clamabat ad helyseuz prophe

tam dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi: quid habes in domo tua? At illa rndit: Nō habeo ancilla tua quicquaz in domo mea: nisi paruz olei quo vngar. Cui ait. Vade & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: & ingredere & claude hostium tuuz cuz intrisecus fueris: tu & filij tui: & mitte inde in oia vasa hec: & cum plena fuerit tolles. Iuit itaqz mulier & clausit hostiū super se & super filios suos. Illi offerebāt vasa: & illa infundebat. Cūqz plena fuissent vasa dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo: stetitqz oleum. Venit autem illa & idicauit homini dei. Et ille. Vade inquit & vende oleum: & redde creditori tuo. Tu autez & filij tui viuite de reliquo. **Graduale.** Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nō fuerint dominati tunc imaculatus ero: & emūdabor a delicto maximo. **Scōz** Mil' **matthēum. xviij. capitu.** In illo tempore: Respiciens ihesus in discipulos: dixit symoni petro: Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autē ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amē dico vobis. Quecunqz alligaueritis super terrā erūt ligata & in celo: & quecūqz solueritis super terrā: erūt soluta & in celo. Iteruz dico vobis. Quia si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quācunqz petierint: fiet illis a patre meo qui est in celis. Vbi enim duo vel tres congregati sunt in nomine meo: ibi sum ego in medio eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit: Domine: quotiens peccauerit in me frater meus & dimittam ei: vsqz septies? Dixit illi ihesus: Non dico tibi vsqz septies: sed vsqz septuagesies septies. **Offertorium.** Dextera domini fecit virtutez: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam: & narrabo opera domini. **Secreta.** Per hec veniat quesumus domine sacraméta nostre redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus: & ad salutaria dona cuncta perducat. Per dominum nostrum. **Cōm.** Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: qui ingredit sine macula & operatur iustitiā. **Compléda.** Sacris dñe mysterijs expiati & veniā cōsequamur & gr̄az. Per. **Super populum. Oratio.** Tua nos quesumus domine protectione defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum ihesum christum filium. ℂ **Feria quarta. Introitus.**



Bo autem in domino sperauí: exultabo ⁊ letabor in tua misericordia: quia respexisti humilitatem meam. ℘s. In te domine speraui non confundar in eternum in iustitia tua libera me. Oratio.

Presta nobis quesumus domine: vt salutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vicijs abstinétes: propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Lectio libri Exodi. xx. capi.

Hec dicit dñs deus. Honora patrem tuum ⁊ matré tuam: vt sis longeuus superterram: quaz dominus deus tuus dabit tibi. Nõ occides: non mechaberis. Non furtum facies: non loqueris contra pximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius. Non seruum: non ancillam. Non bouem: non asinum: nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces: ⁊ lampades: ⁊ sonitum buccine montemq; fumigantẽ. Et perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis ⁊ audiemus: non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere: vt enim probaret vos: venit deus: ⁊ vt terror illius esset in vobis: ⁊ nõ peccaretis. Stetitq; populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; preterea dominus ad moysen: Hec dices filijs israel: Vos audistis quod de celo locutus sim vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis sup illud holocausta ⁊ pacifica vra: oues vestraz ⁊ boues: in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Gradua. Miserere mei dñe: quoniam infirmus sum sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: ⁊ anima mea turbata est valde. Tractus vt supra. Secundum matthẽum. xv. capitulo.

In illo tempore: Accesserũt ad iesum ab hierosolymis scribe ⁊ pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panez manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare ⁊ vos transgredimini mandatum dei propter traditionẽ vestrã? Nam deus dixit. Honora patrem ⁊ matrez. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicũq; dixerit patri vel matri: munus quodcunq; est ex me proderit tibi: ⁊ non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Et irritum fecistis mandatũ dei propter traditionem vestram. Hypocrite: bene prophetauit de vobis esaias dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas ⁊ mandata hominum. Et conuocatis ad se tur-

bis: dixit eis. Audite ⁊ intelligite: non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominez. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei: Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait: Omnis plãtatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt ⁊ duces cecorum. Cecus aũt si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens aũt petrus dixit ei: Edissere nobis parabolaz hanc. At ille dixit: Adhuc ⁊ vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in vẽtrem vadit: ⁊ in secessum emittitur. Que autez procedunt de ore: de corde exeunt: ⁊ ea coinquinãt hominẽ. De corde enim exeunt cogitatiões male: homicidia: adulteria: fornicatiões: furta: falsa testimõia: blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominẽ. Non lotis auté manibus mãducare non coinquinat hominem.

Offertorium. Vñe fac meum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.

Secr. Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum. ⁊ tua mysteria celebrantes: ab omnibus nos defende periculis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

Communio. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cuz vultu tuo domine.

Complen. Sanctificet nos domine quasti sumus mense celestis libatio: ⁊ a cunctis erroribus expiatos: supernis promissionibus reddat acceptos. Per dominum nostrum iesum.

Super populum. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per dominum nostrum iesum.

Feria.v. Introitus. Salus populi ego sum dicit dominus. de quacunqz tribulatiõe clamauerint ad me exaudiam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuũ. **Ps.** Attendite populе meus legẽ meã: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Oro. Concede qs omnipotens deus vt ieiuniorum nobis sancta deuotio ⁊ purificationem tribuat: ⁊ maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominum nostrum iesum christum filiuz tuũ.

Lectio Hieremie prophete. vij. ca. In diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens: Sta in porta domus domini: ⁊ predica ibi verbum istud ⁊ dic. Audite verbum domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: vt adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra: ⁊ habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes: templum domini: templum domini: templum domini est. Quoniam si benedixeritis vias vestras ⁊ studia vestra. Si feceritis iudicium inter virum ⁊ proximum eius aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue non

feceritis calumniaz: nec sanguinez innocētez effuderitis i loco isto. Et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus vestris a seculo et vsqz in seculum. Dicit dominus omnipotens. **Graduale.** Oculi omniū in te sperant domine: z tu das illis escam in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: z imples omne animal benedictione. **Scōm** In illo tempore. **lucam. iiij.ca.** Surgēs ihesus de synagoga: intrauit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus: z rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: z dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibāt aūt demonia a multis clamātia z dicētia: qz tu es filiꝰ dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die: egressus ibat i locum desertum: z turbe requirebant eum: z venerunt vsqz ad ipsuz. Et detinebant illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibꝰ oportet me euāgelizaī regnū dei: qa ideo missus suz. Et erat predicās in synagogis galilee. **Offerto.** Si ambulauero in medio tribulationis vinificabis me domine: z super iram inimicorum meorum extendes manum tuā: z saluū me fecit dextera tua.

Ac nos quesumus **Secreta.** domine ad sancta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per dominum nostrum ihesum christum. **Cōmu.** Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. **Complē.** Sacramenti tui domine vene rāda pceptio z mystico nos mundet effectu: z perpetua virtute defendat. Per dominum nostruz ihesum christum filium tuum. Qui. **Super populum. Oratio.** Obiectum tibi populū quesumus domine propitiatio celestis amplificet: z tuis semper faciat seruire mandatis. Per dominum nostrum. ¶ **Feria sexta. Introitus.**



Ac mecum domine signū in bono vt videāt qui me oderunt z confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me z consolatus es me. **ps.** Inclina aurem tuam ad me z exaudi me qm inops z pauper suz ego. **Oratio.** Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mente. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui te. **Lectio libri Numeri.** In diebus illis. **xx.caꝑ.** Conuenerunt filij israel ad moysen z aaron: z versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam vt bibamus. Ingressiqz moyses z aaron: dimissa multitudine ante taberna-

culum federis: corruerunt proni in terram clamauerunt ad dominum atq; dixerunt: Domine deus: exaudi clamorem populi huius: & aperi eis thesaurum tuum fontes aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos: locutusq; est dominus ad moysen dicens: Tolle virgam & congrega populum: tu & aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram eis: & illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei congregata multitudine ante petram: dixitq; eis: Audite rebelles & increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus ejcere? Cumq; eleuasset moyses manuꝫ percutiens virga bis silicem: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet: & iumenta. Dixitq; dominus ad moysen & aaron. Quia non credidistis mihi: vt sanctificaretis me coram filijs israel: non introducetis hos populos in terram quã dabo eis: hec est aqua contradictionis vbi iurgati sunt filij israel contra dominum & sanctificatus est in eis. Diuisio

¶ Misit interea nuncios moyses de cades ad regem edom qui dicerent: Hec mandat frater tuus israel. Nosti omnem laborem qui apprehendit nos: quomodo descenderint patres nostri in egyptum & habitauerimus ibi multo tempore afflixerintq; nos egyptij & patres nostros: & quomodo clamauerim? ad dominum & exaudierit nos: miseritq; angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades que est in extremis finibus tuis positi: obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros nec per vineas: nõ bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via publica nec ad dexterã nec ad sinistram declinantes donec transeamus terminos tuos. Cui respondit edom: Non transibitis per me Alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntq; filij israel. Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra: dabimus quod iustum est. Nulla erit in precio difficultas: tñ velociter transeamus. At ille respondit. Non trãsibitis. Statimq; egressus est obuius cum infinita multitudine & manu forti: nec voluit acquiescere deprecanti vt concederet transitum per fines suos. Quã obrem diuertit ab eo israel. Cumq; castra mouissent de cades: venerunt in montem hor qui est in finibus terre edom: vbi locutus est dominus ad moysen dicens: Pergat inquit aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filijs israel: eo q; incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle aaron & filium eius cum eo & duces eos in montem hor. Cum nudaueris patrem veste sua: indues ea eleazarum filium eius: & aaron colligetur & morietur ibi. Fecit moyses vt preceperat dominus & ascenderunt in montes

bꝛ coꝛam omni multitudine. Cũ qꝫ aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis: in duit eis eleazarum filium eius. Illo moꝛtuo in montis ſupercilio deſcẽ dit cum eleazaro. Omnis aũt mul titudo videns occubuiſſe aaron: fle uit ſuper eo triginta diebus per cũ ctas familias ſuas. Grad. In deo ſperauit coꝛ meum ⁊ adiutus ſum ⁊ reflоꝛuit caro mea ⁊ ex voluntate mea confiteboꝛ illi. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne ſileas: ne diſcedas a me. Tractus. Domine non ſm peccata noſtra facias nobis: neqꝫ ſm iniquita tes noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſe ricoꝛdie tue: qꝛ pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiam nominis tui dñe libera nos: ⁊ pꝛopitius eſto peccа tis noſtris pꝛopter nomen tuũ. Scõz In illo tempoꝛe. ioannẽ.c.iiij. Venit ieſus in ciuitatem ſama rie que dicitur ſychar iuxta pꝛediũ quod dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autẽ ibi fons iacob. Jeſus au tem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupꝛa fontẽ: hoꝛa autẽ erat quaſi ſexta. Venit autem mulier de ſama ria haurire aquã. Dicit ei ieſus: Da mihi bibere. Diſcipuli enĩ eius abie rant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa ſamarita na. Quomodo tu iudeus cuꝫ ſis: bibere a me poſcis que ſum mulier ſamaritana. Non enĩ cotuntur iu dei ſamaritanis. Rñdit ieſus ⁊ di xit ei: Si ſcires donũ dei: ⁊ quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere: tu foꝛ ſitã petiſſes ab eo ⁊ dediſſet tibi aqꝫ viuaz. Dicit ei mulier: Dñe neqꝫ in quo haurias habes: ⁊ puteus altꝰ eſt: vnde ergo habes aquam viuã? Nũquid tu maioꝛ es patre noſtro iacob q dedit nobis puteũ iſtum: ⁊ ipſe ex eo bibit: ⁊ filij eius: ⁊ peco ra eius? Rñdit ieſus: ⁊ dixit ei: Oĩs qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei non ſitiet in eternũ: ſed aq̃ quaz ego dabo ei: fiet in eo fons aq̃ ſalientis in vitam eternã. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hãc aquã vt non ſitiaz: neqꝫ veniã huc haurire. Dicit ei ieſus: Vade voca virꝫ tuum ⁊ veni huc. Reſpondit ei mulier ⁊ dixit: Non habeo virꝫ. Dicit ei ieſus: Bene dixiſti qꝛ non habeo virꝫ. Quinqꝫ enĩ habuiſti vi ros: ⁊ nunc quem habes non eſt tu us vir: hoc vere dixiſti. Dicit ei mu lier: Dñe video qꝛ pꝛopheta es tu. Patres noſtri in monte hoc ado rauerunt: ⁊ vos dicitis quia hieꝛo ſolymis eſt locuꝫ vbi adoꝛare opoꝛ tet. Dicit ei ieſus: Mulier crede mi hi quia veniet hoꝛa quando neqꝫ in monte hoc neqꝫ in hieroſolymis adoꝛabitis patrem: vos adoratis quod neſcitis: nos adoꝛamus qõ ſcimus: quia ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hoꝛa ⁊ nunc eſt: quãdo veri adoꝛatoꝛes adoꝛabunt patrẽ in ſpiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adoꝛent eum. ſpi ritus eſt deus: ⁊ eoꝫ qui adoꝛant eũ in ſpiritu ⁊ veritate oporꝛtet adoꝛa re. Dicit ei mulier: ſcio quia meſſiaꝫ venit qui dicitur chriſtus. Cũ ergo

venerit ille annunciabit nobis omnia. Dicit ei iesus: Ego sum qui loquor tecum: ⁊ continuo venerunt discipuli eius ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit quid queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier ⁊ abijt in ciuitatem ⁊ dicit illis hominibus: Venite ⁊ videte hominez qui dixit mihi omnia quecunqz feci: nunquid ipse est christus. Exierunt ergo de ciuitate ⁊ veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes: Rabi manduca. Ille autez dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli eius ad inuicez: Nūquid aliquis attulit ei manducare. Dicit eis iesus: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor menses sunt ⁊ messis venit. Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros ⁊ videte regiones quia albe sunt iā ad messem: ⁊ qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructuz in vitam eternam: vt ⁊ qui seminat simul gaudeat ⁊ q metit: in hoc eni est verbum verum: quia alius est q seminat ⁊ alius est qui metit: ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij autem laborauerunt: ⁊ vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimoniuz perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunqz feci. Cuz venissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eū vt ibi maneret: ⁊ māsit ibi duos dies: ⁊ multo plures crediderunt propter sermonem eius: ⁊ mulieri dicebant: quia iam non propter tuā loquelam credimus: ipsi enim audiuimns ⁊ scimus qꝛ hic est vere saluator mundi. Offerto. Intēde voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus quoniam orabo ad te dñe. Secre.

Respice domine propitius ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint ⁊ nob̄ salutaria semper existāt. Per domi. Cōmunio.

Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. Cōpl.

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine: ⁊ ad celestia regna ꝑducat. Per dominum Super populum Oro.

Presta q̄s op̄s deus: vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominū nostrum iesum. ¶ Sabbato Introi.



Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meuz intende voci orationis mee. psal: Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui se affligendo carne ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunēt. Per dñm nostrum iesum christū.

Lectio danielis ꝓphe. xiij. c.

In diebus illis. Erat vir in ba

bylonia ⁊ nomen eius ioachiz. Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie pulchram nimis ⁊ timentem deum: parentes enim illius cum essent iusti erudierunt filiaz suam ꝑm legem moysi. Erat autē ioachim diues valde ⁊ erat ei pomerium vicinum domui sue: ⁊ ad ipsuz confluebant iudei: eo ꝙ esset honorabilior omnium. Et cōstituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dominus quia egressa est iniquitas de babylone a senioribus iudicibus: qui videbātur regere populum: Isti frequentabant domum ioachim ⁊ veniebāt ad eum omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem: ingrediebatur susanna ⁊ deambulabat in pomerio viri sui: ⁊ videbant eam senes quotidie ingredientem ⁊ deambulantem ⁊ exarserunt in concupiscentiam eius: ⁊ euerterunt sensum suuz: ⁊ declinauerunt oculos suos vt nō viderent celuz neqz recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorez suum. Erubescebant enim iudicare sibi concupiscentiam suam volentes concumbere cum ea. Et obseruabant quottidie sollicitius videre eam. Dixitqz alter ad alterum: eamus domum: quia hora prandij est. Et egressi recesserunt a se. Cunque reuertissent venerunt in vnum: ⁊ sciscitantes ab inuicē causam confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus: quando eam possent inuenire solam. Factum est autem cum obseruarent diem aptum qñ eam possent inuenire solam. Ingressa est aliquando sicut heri ⁊ nudius tertius cum duabus solis puellis: voluitqz lauari in pomerio: estus quippe erat. ⁊ non erat ibi qsquaz preter duos senes abscōditos: cōtemplantes eam. Dixit ergo puellis Afferte mihi oleum ⁊ smigmata: ⁊ ostia pomerij claudite vt lauer. Et fecerunt sicut preceperat. Clauseruntqz ostia pomerij: ⁊ egressi sunt per posticum vt afferrent que iusserat. Nesciebatqz senes ītus esse absconditos. Cum autem egresse essent puelle: surrexerūt duo senes ⁊ accurrerunt ad eam: ⁊ dixerunt: Ecce ostia pomerij clausa sunt: ⁊ nemo nos videt ⁊ in concupiscentia tui sumus. Quam obrem assentire nobis: ⁊ commiscere nobiscum. Quod si nolueris dicemus testimonium contra te: ꝙ fuerit tecum iuuenis ⁊ ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna ⁊ ait: Angustie sunt mihi vndiqz. Si enim hoc egero: mors mihi est: si autem non egero non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absqz opere incidere in manus hominum q̄z peccare in cōspectu domini: ⁊ exclamauit voce magna susanna: exclamauerunt autez ⁊ senes aduersus eā. Cucurrit vnus ad ostia pomerij ⁊ aperuit. Cuz autem audissent clamorem in pomerio famuli domus: irruerunt ꝑ posticum vt viderent quid nam esset.

Postquam autē senes locuti sunt: erubuerunt serui vehementer: qa nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de susanna: et facta est dies crastina. Cunqz veniſſet populus ad virum eius ioachim: venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannaz vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susannaz filiam helchie vxorem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus et filijs et vniuersis cognatis suis. Porro susanna erat delicata nimis: et pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur. Erat enim cooperta: vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui: et omnes qui nouerant eā. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi: posuerūt manus super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomerio soli ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitque adolescens ad eam qui erat absconditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerij videntes iniquitatez cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat: et aperto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senioribus populi et iudicibus: et condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna et dixit: Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia antequā fiant: Tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. Et ecce morior cum nihil horum fecerim: que isti malicioſe composuerunt aduersuz me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cunqz duceretur ad mortem: suscitauit dominus spirituz pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna et dixit. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum ait. Sic fatui filij israel non iudicantes: neqz quod verum est cognoscentes condemnastis filiam israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimoniuz locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicem procul et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum ex eis et dixit ad eū. Inueterate dierum malorum: nunc venerunt peccata tua que operabaris prius iudicans iudicia iniusta: innocentes opprimens et dimittens noxios: dicente domino: Innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eā: dic mihi sub qua arbore videris eos

colloquentes sibi? Qui ait: sub cy
no. Dixit autez daniel: Recte men
titus es in caput tuum. Ecce eni an
gelus domini accepta sententia ab
eo: scindet te mediuz. Et amoto eo
iussit alium venire: ⁊ dixit ei: Semē
chanaan ⁊ non iuda species dece
pit te: ⁊ concupiscentia subuertit
cor tuum. Sic faciebatis filiabus is
rael: ⁊ ille timentes loquebātur vo
bis: sed non filia iuda sustinuit ini
quitatem vestram. Nunc ergo dic
mihi sub qua arbore comprehēde
ris eos loquentes sibi. Qui ait: sub
prino. Dixit autem ei daniel: Recte
mentitus es ⁊ tu ī caput tuuz. Ma
net autem angelus domini gladi
um habens: vt secet te medium
⁊ interficiat vos. Exclamauit itaqz
omnis cetus voce magna: ⁊ benedi
xerunt deum qui saluat sperantes in
se. Et consurrexerunt aduersus du
os presbyteros: conuicerat eniz eos
daniel ex ore suo falsum dixisse te
stimonium: feceruntqz eis sicut ma
le egerant aduersus proximam:
⁊ interfecerunt eos. Et saluatus
est sanguis innoxius in die illa.

Graduale. Si ambulem in medio
vmbre mortis non timebo mala quo
niam tu mecum es dñe. ℣. Virga tua
⁊ baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Secundum Joannem. viij. capitu.

In illo tempore. Perrexit ie
sus in montem oliueti: ⁊ dilu
culo iterum venit in templuz: ⁊ om
nis populus venit ad eum: ⁊ sedēs
docebat eos. Adducunt autem scri
be ⁊ pharisei mulierem deprehensaz
in adulterio. Et statuerunt eam in
medio: ⁊ dixerunt ei: Magister: hec
mulier modo deprehēsa est in adul
terio. In lege autem moyses māda
uit nobis huiusmodi lapidare. Tu
ergo quid dicis? Hoc autem dice
bant tentantes eum: vt possent ac
cusare eum. Jesus autem inclinans
se deorsum: digito scribebat in ter
ram. Cum ergo perseuerarent inter
rogantes eum: erexit se ⁊ dixit eis:
Qui sine peccato est vestrum: pri
mus in illam lapidem mittat. Et ite
rum inclinans se scribebat in terrā.
Audientes autem hec: vnus post
vnum exibant: incipientes a senio
ribus. Et remansit iesus solus ⁊ mu
lier in medio stans. Erigens autē se
iesus dixit ei. Mulier: vbi sunt qui
te accusabant? Nemo te condemna
uit? Que dixit: Nemo domine. Di
xit autem ei iesus: Nec ego te con
demnabo: vade ⁊ iam amplius
noli peccare. Offertorium. Gres
sus meos dirige domine ꝟm eloquiuz
tuum: vt non dominetur mei omnis
iniustitia domine. Secreta.

Concede quesumus omnipo
tens: deus: vt huius sacrificij mu
nus oblatum: fragilitatem nostraz
ab omni malo purget semper ⁊ mu
niat. Per dominum nostrum iesuz
christum filium tuuz. Communio.

Nemo te cōdemnauit mulier: nemo
domine: nec ego te condemnabo: iā am
plius noli peccare. Complēda.

Quesumus omnipotens de
us: vt inter eius membra numere
mur: cuius corpori communicaui
mus ⁊ sanguini. Per euudem do
minum nostruz iesuz christuz filiū.

P Super populum. Oratio.
Retende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant: et que postulant consequi mereantur. Per dominum nostrū. ¶ Dominica quarta in quadragesima. Introitus.



Etare hierusalez et conuentum facite omnes q diligitis eā. gaudete cuz letitia qui in tristitia fuistis vt exultetis: et satiemini ab vberibus consolationis eius. ℣. Letatus sum in his q dicta sūt mihi in domū dñi ibim⁹.

Oncede quesumus Oratio. omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur tue gratie consolatione respiremus. Per dominū nostrum iesum chz. Que sola dicatur. Ad Gala.iiij.ca.

Atres: Scriptum est enim quoniam habraam duos filios habuit: vnum de ancilla: et vnuz de libera. Sed qui de ancilla fm carnem natus est. Qui autem de libera per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in seruitutem generans que est agar. Syna enim mons est in arabia: qui coniunctus est ei: que nunc est hierusalem: et seruit cum filijs suis. Illa autem que surſum est hierusalez libera est: que est mater nostra. Scriptū est enī: Letare sterilis que non paris erūpe et clama: que non parturis: quia multi filij deserte magis qz eius que habet virz. Nos aūt fratres fm isaac promissiōis filij sumus. Sed qūo tūc is qui fm carnez natus fuerat psequebatur eum qui fm spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura. Ejice ancillā et filium eius. Nō enī hered erit filius ancille cū filio libere. Itaqz fratres non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate nos chzistus liberauit. Grad. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in domino sicut mons syon nō cōmouebitur in eternum: qui habitat in hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqz in seculū. fm ioānē.vj.ca.

In illo tēpore. Abijt iesus trās mare galilee quod est tyberiadis: et sequebatur eū multitudo magna: quia videbant signa que faciebat super his q infirmabantur. Subijt ergo iesus in montem: et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autez proximū pascha dies festus iudeorū. Cum subleuasset ergo oculos iesus: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eū: dicit ad philippuz. Unde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat qd esset facturus. Rñdit ei philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis vt vnusquisqz modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas: frater simonis petri: Est puer vnus hic qui habet quinqz panes ordeaceos et duos

pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqz milia. Accepit ergo iesus panes. Et cum gratias egisset: distribuit discũbentibus. Similiter ⁊ ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite que superauerant fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo ⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinqz panibus orde aceis ⁊ duobus piscibus que superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat iesus signum dicebant. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. **Offerto.** Laudate dominum quia benignus est: psallite nomini eius quoniam suaue est omnia quecunqz voluit fecit i celo ⁊ in terra. **Secreta.**

Sacrificijs presentibus domine quesumus placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per dominum nostrum iesum. **Commu.** Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi: ad cõfitendũ noi tuo domine. **Complenda.**

Da nobis quesumus misericors deus: vt sancta tua quibus incessanter explemur: synceris tractemus obsequijs: ⁊ semper fideli mente sumamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. ¶ **Feria secunda. Introitus.**



Deus i nomie tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me: deus exaudi orationem meam. **Ps.** Auribus pcipe verba oris mei. **Oro.**

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolentes ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente. Per dominum nostrum iesum christuz. **Lectio libri. Regum. iij. ca. iij. lib.**

In diebus illis. Uenerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntqz coram eo. Quaruz vna ait. Obsecro mi domine: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna ⁊ peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postq̃z ego peperi: peperit ⁊ illa. Et eramus simul: nullusqz alius in domo nobiscuz: exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens in tempeste noctis silentio: tulit filium meuz de latere meo ancille tue dormientis: ⁊ collocauit in sinu suo. Suum autez filiũ qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cũqz surrexissem mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuẽs clara luce deprehendi non esse meum quem genueram. Responditqz altera mulier. Non est ita vt dicis: sed filius tuus mortuus est: meus autẽ viuit. E contratrio illa dicebat. Mẽtiris: filius quippe meus viuit: ⁊ fi-

lius tuus mortuus est. Atq; in hūc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait: Hec dicit: filius meus viuit & filius tuus mortuus est: & ista respondit non: sed filius tuus mortuus est meus autem viuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Būq; attulissent gladiuz corā rege: Diuidite inqt infantē viū in duas partes: & date dimidiā partē vni: & dimidiā partē alteri. Dixit āt mulier cuius filius erat viuus ad regez: cō mota sunt qppe viscera eiꝰ sup filio suo. Obsecro domine: date illi infantem viuum: & nolite interficere euz. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex & ait. Date huic infantem viuuz: & non occidatur: hec est enim mater eius. Audiuit itaq; omnis israel iudicium quod iudicasset rex. Et timuerunt regez videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium. **Gradua.** Esto mihi in deum protectorem & in locum refugij vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine: non confundar in eternū. **Tractus vt supra. Scōm Ioannez.** In illo tempore. ij. capitu. Prope erat pascha iudeoruz: & ascendit iesus hierosolymam: & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas: & nūmuliarios sedentes. Et cuz fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de tēplo. Oues quoq; & boues: & nūmulariorum effudit: & mensas subuertit. Et his qui vendebant columbas dixit: Afferte ista hinc: & nolite facere domum patris mei domū negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis: quia hec facis? Respondit iesus & dixit eis: Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei: Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture & sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius: videntes eius signa que faciebat. Ipse autez iesus non credebat semetipsum eis: eo q̄ ipse nosset omnes: & quia opus non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. **Offertorium.** Iubilate deo oīs terra: iubilate deo omnis terra, seruite domino in leticia: intrate in cospectu eius in exultatione q̄ dominus ipse est deus. **Secre.** Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper & muniat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. **Communio.** Ab occultis meis munda me domine & ab alienis parce seruo tuo. **Compl.** Sumptis domine salutaribus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus

augmentum. Per dominū nostrū.

Super populum. Oratio.

Oprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectū: tribue defensionis auxilium. Per dominū. ¶ Feria tertia. Introitus.



Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende ī me et exaudi me. ℣. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Oratio.

Sacre nobis quesumus domine observationis ieiunia et pie conuersationis augmentū: et tue propiciationis continuum prestent auxiliū. Per. Lcō lib. Exo. xxxij. c.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicens: Descende de monte: quia peccauit populus tuus quē eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quā ostē disti eis. feceruntq; sibi vitulum cō flatilē: et adorauerunt atq; immolantes ei hostias et dixerunt. Isti sunt dij tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait dominus ad moysen. Cerno q populus iste dure cervicis sit: dimitte me vt irascatur furor meus contra eos: et dele am eos. faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuū quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna et in manu robusta? Ne queso dicant egyptij: callide eduxit eos: vt interficeret in montibus: et deleret eos de terra. quiescat ira tua: et esto placabilis super nequicia populi tui. Recordare abraam isaac et israel seruorū tuorū: quibus iurasti per temetipsum dicēs. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi et vniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro. Et possidebitis eaz semper. Placatusq; est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo: dominus deus noster. Grad. Exurge domine fer opez nobis: et libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.

Secundū ioannem. vij. capitu.

In illo tpe. Jam die festo medi ante ascendit iesus in templū et docebat: et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit: cum nō didicerit? Respondit eis iesus et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina eius vtruz ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriaz propriaz q̄rit. Qui autem querit gloriaz eius qui misit eum: hic verax est: et iniustitia in illo non est. Nōne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba et dixit: Demonium

moniū habes: quis te querit interficere? Rñdit ihesus ⁊ dixit eis. Unū opus feci ⁊ oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionē: non quia ex moyse est: sed ex patribus: ⁊ in sabbato circunciditis homines. Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: mihi indignamini: q̄ totū hominē sanū feci in sabbato. Nolite iudicare fm faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebāt ergo quidā ex hierosolymis: Nōne hic est quem iudei querunt interficere? Ecce palam loquitur: ⁊ nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerūt principes q̄ hic est christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cū venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo ihesus docens in templo ⁊ dicens: Et me scitis: ⁊ vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sed est verus qui misit me: quē vos nescitis. Ego scio eū. Et si dixero quia nescio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: quia ab ipso sum: ⁊ ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: ⁊ nemo misit in illū manus: quia nō dū venerat hora eius. De turba aūt multi crediderunt in eum. **Offer.** Expectans expectabo dñm ⁊ respexit me ⁊ exaudiuit deprecationem meā ⁊ imisit in os meum canticū nouum: hymnus deo nostro. **Secreta.** Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum subditorū tibi corpora menteſq̄ sanctificet. Per dñm. **Cōmu.** Letabimur i salutari tuo: ⁊ in nomine domini dei nostri magnificabimur. **Complē.** Uius nos dñe pceptio sacramēti mūdet a crimine: ⁊ ad celestia regna pducat. Per. **Sup populū** Mīserere dñe pplo tuo: oro. ⁊ continuis tribulationibus laborantem propitius respirare cōcede. Per. **Feria.iij. Introitus.** Cum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundam super vos aquas mundam ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris: ⁊ dabo vobis spiritum nouum. ps. Benedicam domino in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **Due orationes pria oratio sine salutatione cum genuflexione: secunda cum salutatione ⁊ sine genuflexione.** Oremus. Flectamus genua. Leuate. **Oratio.** Deus qui ⁊ iustis premia meritorū: ⁊ peccatoribus per ieiunium veniaz prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominū. **Lectio Ezechielis pphete. xxxvj. cap.** Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meū magnū: vt sciant gentes quia ego dñs. Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis: tollam quippe vos de gentibus: ⁊ congregabo vos de vniuersis terris. Et adducam vos in terram vestrā: ⁊ effundā sup vos aquā mundā. Et mundabimini ab omnib⁹ inquinamētis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spiritū

nouũ ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneum. Et spiritum meũ ponam in medio vestri: ⁊ faciam vt in preceptis meis ambuletis. Et iudicia mea custodiatis: ⁊ operemini: ⁊ habitabitis in terra quam dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum: ⁊ ego ero vobis in deum: dicit dominus omnipotẽs. Grad. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre non confundentur. Mõ dicitur. Flectamus genua. sed Dominus vobiscum. Oratio. Resta quesumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiam⁹. Per dominum nostrum iesum.

Lectio Esaie prophete. j. ca. Hec dicit dominus deus: Lauamini: mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite bene facere. Querite iudicium: subuenite oppresso iudicate pupillo. Defendite viduas: ⁊ venite ⁊ arguite me: dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis: dicit dominus omnipotẽs. Grad. Beata gens cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Scõm iohannẽ. ix. c.

In illo tempore: Preteriẽs iesus vidit hominem cecum a natiuitate: ⁊ interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi: quis peccauit: hic aut parentes eius vt cecus nasceretur? Respondit iesus: Neq; hic peccauit: neq; parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui me misit donec dies est. Venit autem nox quando nemo potest operari. Quandiu in hoc mundo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset expuit in terram: ⁊ fecit lutum ex sputo: ⁊ liniuit super oculos eius ⁊ dixit ei: Vade ⁊ laua in natatorio syloe: quod interpretatur missus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns. Itaq; vicini ⁊ qui viderant eum prius: quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic est. Alij autem: nequaq; sed similis eius est. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tibi. Respõdit: ille homo qui dicitur iesus: lutum fecit ⁊ vnxit oculos meos ⁊ dixit mihi: vade ad natatorium siloe ⁊ laua: ⁊ abij ⁊ laui ⁊ video. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatus quando lutum fecit iesus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo vidisset. Ille aũt dixit eis: lutum posuit mihi super oculos: ⁊ laui ⁊

videō. Dicebant ergo ex phariſeis quidam: nō eſt hic homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autez dicebāt: Quomodo poteſt homo peccator hec ſigna facere. Et ſciſma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum: Tu quid dicis de illo: qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia prophēta eſt. Non crediderūt ergo iudei de illo q; cecus fuiſſet: & vidiſſet donec vocauerūt parētes eius qui viderat: & interrogauerūt eos dicentes: Hic eſt filius veſter: quem vos dicitis q; cecus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderūt ergo parentes eius: & dixerūt. Scimus quia hic filius eſt noſter: & quia cecus natus eſt: quomodo autē videat: neſcimus: aut quis eius aperuit oculos: nos neſcimus. Ipſum interrogate: etatem habet: ipſe de ſe loquat. Hec dixerunt parentes eius: quia timebāt iudeos. Jam enim cōſpirauerāt iudei: vt ſi qs eū cōfiteretur eſſe chriſtum extra ſynagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt q; etatē habet: ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominez qui fuerat cecus & dixerunt ei: Da gloriam deo: nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dicit ergo ille: Si peccator eſt neſcio: vnū ſcio: quia cum cecus eſſem modo video. Dixerunt ergo illi: quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Rñdit eis: Dixi vobis iam & audiſtis: quid iterum vultis audire? Nūquid & vos vultis diſcipuli eius fieri. Maledixerunt ergo ei & dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis: nos autem diſcipuli moyſi ſumus. Nos ſcimus quia moyſi locutus eſt deus: hunc autē neſcimus vnde ſit. Rñdit ille homo & dixit eis: in hoc enim mirabile eſt: quia vos neſcitis vnde ſit. Et aperuit oculos meos: ſcimus aūt: q; peccatores deus non audit: ſed ſiquis cultor dei eſt: & voluntatem eius facit: hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum quia aperuit quis oculos ceci nati: niſi eſſet hic a deo: non poterat facere quicq;. Rñderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus: & tu doces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem ieſus quia eiecerunt eum foras. Et cum inueniſſet eum dixit ei: Tu credis in filium dei. Reſpondit ille & dixit: Quis eſt dñe: vt credam in eū. Et dixit ei ieſus: Et vidiſti eum Et q loquit tecū ipſe eſt. At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eum. **Offerto.** Benedicite gētes domino deo noſtro & obaudite vocem laudis eius qui poſuit animam meam ad vitam & non dedit cōmoueri pedes meos. Bñdictus dñs qui nō amouit deprecationem meam & miſericordiam ſuam a me. **Secreta.** Applices te rogamus ops deus vt his ſacrificijs peccata noſtra mūdentur: q; tunc tribuis nobis verā & mentis & corporis ſanitatem. Per. **Commu.** Lutum fecit ex ſputo dominus: & liniuit oculos meos & abij & laui & vidi & credidi deo. Sacraméta q̄ ſumpſimus dñe deus noſter: & ſpiritualibus nos repleant alimen **Cōpléda.**

tis ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per. Super populum oro. Pateant aures misericordie tue dñe precibus supplicatiũ ⁊ vt petentibus desiderata cõcedas: fac nos que tibi sunt placita postulare. Per. ℂ Feria.v. Introitus. Letetur cor querentium dominũ querite dominum ⁊ confirmamini: querite faciem eius semper. ps. Cõfitemini domino ⁊ inuocate nomẽ eius annunciate inter gentes opera eius. Gloria patri ⁊ filio. Oratio. Presta qs omnipotẽs deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sanctificet: vt terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per dñm. Lectio libri regum. iiij. ca. iiij. In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum in montẽ carmeli. Cũq; vidisset eã vir dei: de cõtra ait ad giezi puerum suũ. Ecce sunamitis illa: vade ergo in occursum eius: ⁊ dic ei: Recte ne agit circa te ⁊ circa virum tuum ⁊ circa filium tuũ? Que respondit: Recte. Cumq; venisset ad virum dei in montẽ: apprehẽdit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eas. Et ait hõ dei. Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est: ⁊ dñs celauit a me: ⁊ nõ indicauit mihi. Que dixit illi: Nunquid petiui filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi: ne illudas me: ⁊ ille ait ad giezi: Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meum in manu tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi hõ nõ salutes eũ. Et si salutauerit te quispiã: non respondeas illi: ⁊ pones baculũ meũ super faciem pueri. Porro mater pueri ait viuit dominus. ⁊ viuit anima tua nõ dimittã te. Surrexit ergo ⁊ secutus est eas. Giezi autem precesserat ante eos: ⁊ posuerat baculũ sup faciem pueri: ⁊ nõ erat ei vox neq; sensus. Reuersusq; est in occursum eius ⁊ nunciauit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domũ. Et ecce mortuus puer iacebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiũ sup se ⁊ super pueꝝ: ⁊ orauit ad dominũ. Et ascẽdit ⁊ incubuit sup pueꝝ posuitq; os suũ sup os eius: ⁊ oculos suos super oculos eius: ⁊ manus suas super manus eius: ⁊ incurauit se super eũ: ⁊ calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit i domo semel hucatq; illuc: ⁊ ascẽdit ⁊ incubuit super puerum ⁊ oscitauit puer septies: aperuitq; oculos suos. At ille vocauit giezi: ⁊ dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que vocata ingressa est ad eũ. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit autez illa: ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit super terrã. Tulitq; filiũ suum ⁊ egressa est. Heliseus vero reuersus est in galgala. Gradua. Respice domine in testamẽtuz tuum ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica causam tuam: memor esto obprobrij tui tuoꝝ. Scõz lucã. vij. c. In illo tẽpore. Ibat ihesus in ciuitatem que vocatur naym: ⁊ ibant cum illo discipuli eius: ⁊ turba copiosa. Cũ autẽ appropinquaret porte ciuitatis. Ecce defunctus

efferebatur filius vnic⁹ matris sue: ⁊ hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset ihesus misericordia motus super eam: dixit illi: Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescens: tibi dico surge: ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor ⁊ magnificabant deum dicentes: Quia prophetа magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suam. Offertor.

Domine ad adiuuandum me festina: confundantur omnes aduersum me q cogitant seruis tuis mala. Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum nostrum. Cōmunio.

Domine memorabor iustitie tue solius de⁹ docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq in senectam ⁊ senium deus ne derelinquas me. Complēda.

Celestia dona capientibus: q̄sumus domine non ad iudicium p uenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dominū. Super populum oratio.

Populi tui deus institutor ⁊ rector: peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus: ⁊ tuo munimīe sit secur⁹. Per dominū nostrum. ℭ Feria iexta.

Meditatio cordis Introitus.
mei in cōspectu tuo semper: domine adiutor meus ⁊ redemptor me⁹.

℣. Celi enarrant gloriam dei ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū.

Deus qui ineffabili- Oratio.
bus mundū renouas sacramētis presta q̄s: vt ecclesia tua eternis proficiat institutis: ⁊ temporalibus non destituat auxilijs: Per dominum nostrum ihesum. Lectio libri regum tertij. capitu. xvij.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: ⁊ erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliam: Quid mihi ⁊ tibi est vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates mee ⁊ interficeres filium meum? Et ait ad eam helias: Da mihi filiū tuū. Tulitq̄ eum de sinu illius. Et portauit eum in cenaculum vbi ipse manebat. Et posuit eū super lectulū suū: ⁊ clamauit ad dñm ⁊ ait. Domine deus meus ēt ne viduā apud quā ego vtcūq̄ sustēto: afflixisti: vt interficeres filium eius? Et expandit se: atq̄ mensus est super puer tribus vicibus: clamauitq̄ ad dñm ⁊ ait. Dñe deus meus reuertat obsecro aīa pueri huius in viscera eius. Exaudiuit aūt dñs vocē helye. Et reuersa est aīa pueri itra eū ⁊ reuixit. Tulitq̄ helyas puerū ⁊ deposuit eū de cenaculo in inferiorē domuz ⁊ tradidit matri sue: ⁊ ait illi: en viuit filius tuus. Dixitq̄ mulier ad helyaz: Nunc in isto cognoui quoniam vir dei tu es: ⁊ verbum dñi in ore tuo verū est. Grad. Bonū est confidere in dñō q̄z confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino q̄z sperare in principibus. Tra

ctus vt supra.xliij. Scõm ioannẽ

In illo tempore. xj.capitulo. Erat quidam languens Lazarus a bethania de castello marie & marthe sororum eius. Maria autem erat que vnxit dominum vngento: & extersit pedes eius capillis suis. cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce quẽ amas infirmatur. Audiens autem ihesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eũ. Diligebat autem ihesus martham & sororem eius mariam & lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabat: tunc quidẽ mãsit in eodẽ loco duobus diebus: deide post hec dicit discipulis suis: Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi. Nunc querebant te iudei lapidare: & iterum vadis illuc. Respondit ihesus: Nonne duodecim hore sunt diei. Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucẽ huius mũdi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit: quia lux non est in eo: hec ait: & post hec dicit dominus: lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitẽ eum. Dixerũt ergo discipuli eius: Domine si dormit: saluus erit. Dixerat autem ihesus de morte eius: illi autem putauerũt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus manifeste: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus ad cõdiscipulos. Eamus & nos & moriamur cũ eo. Venit itaq; ihesus & inuenit eum quatuor dies habentem iam in monumento. Erat autem bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad mariam & martham vt cõsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia ihesus venit occurrit illi: maria autem sedebat domi. Dixit ergo martha ad ihesum. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio quia quecunq; poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ihesus: Resurget frater tuus. Dicit ei martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: vtiq; domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei viui qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset abijt et vocauit mariam sororem suam silentio dicens: Magister adest & vocat te. Illa autem vt audiuit surrexit cito & venit ad eum nondum enim venerat ihesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Judei ergo qui erant cum ea in domo: & consolabantur eam. Cum vidissent mariam quia cito surrexit & exijt: secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumẽtum: vt ploret ibi. Maria ergo cum veniisset vbi erat ihesus videns eum

cecidit ad pedes eius et dixit ei: Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Jesus ergo vt vidit eam plorantez ⁊ iudeos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu: et turbauit seipsum et dixit: vbi posuistis euz. Dicunt ei. Domine veni ⁊ vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex eis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt ⁊ hic non moreretur. Jesus ergo rursus fremens in semetipso: venit ad monumentuz. Erat autem spelunca et lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus est enim. Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi: quoniam si credideris videbis gloriã dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem eleuatis sursuz oculis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam exaudisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis. Sed propter populum qui circunstat dixi: vt credant quia tu me misisti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis ⁊ facies illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus: Soluite euz ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam ⁊ marthaz: ⁊ viderant que fecerat iesus: crediderunt in euz. Offerto.

Populum humilez saluuz facies domine: ⁊ oculos superborũ humiliabis: quoniam quis deus preter te domine.

Secreta.

Munera nos domine quesumus oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciãt esse placatum. Per dominum nostrũ.

Cõmunio.

Videns dominus flẽtes sorores lazari ad monumentuz lachrymatus est coram iudeis: ⁊ clamabat: lazare veni foras: ⁊ prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus.

Complenda.

Hec nos domine q̃sumus participatio sacramenti: ⁊ a proprijs reatibus indesinenter expediat: ⁊ ab oĩbus tueatur aduersis. Per dominũ nostrũ.

Super populum

Oratio.

Da nobis quesumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus: semper sub tua pietate gaudeamus. Per dominum nostrum iesum christuz.

¶ In die sabbato. Introitus.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus: ⁊ qui non habetis p̃cium venite ⁊ bibite cum letitia. ps. Attẽdite popule meꝰ legẽ meã: iclinate aurẽ vestrã in v̂ba oris mei. ℣. Gloria.

Oratio.

Fiat domine quesumus per gratiam tuam fructuosus nostre deuotiõis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiũnia: si tue sint placita pietati. Per dominum nostrũ iesum christum filium.

Lectio Esaie prophete. xlix. capitu.

Hec dicit dominus deus: in tempore placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te ⁊ dedi te in fedus populi mei: vt susci-

tares terram ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt exite: ⁊ his qui in tenebris sunt revelamini: super vias pascentur: ⁊ in omnibus planis pascue eorum. Nō esurient neq; sitient: ⁊ non percutiet eos estus ⁊ sol: quia miserator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquarū potabit eos: ⁊ ponam omnes montes meos in viā: ⁊ semite mee exaltabūtur. Ecce isti de longe venient. Et ecce illi ab aq̄lone ⁊ mari ⁊ isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exultet terra. Jubilate mōtes laudem: quia consolatus est dñs populū suū ⁊ pauperū suorum miserebitur. Et dixit sion: dereliquit me dominus: ⁊ dominus: oblitus est mei. Nunquid obliuiscī potest mulier infantem suum: vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui: dicit dominus omnipotens. **Graduale.** Tibi dñe derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine recessisti longe: despicis i oportunitatibus in tribulatione: dum superbit impius incenditur pauper. **Scōm ioannē. viij. c.** In illo tpe: Dicebat ihesus turbis iudeorū. Ego sū lux mundi: q̄ seq̄t me nō ābulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo ei pharisei: tu de teipso testimoniū phibes testimōiū tuū nō é verū. Rñdit ihesus ⁊ dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimoniū meū: quia scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos autē nescitis vnde venio aut quo vado: vos sm carnē iudicatis ego nō iudico quēquam: ⁊ si ego iudico: iudicium meum verū est: q̄ solus nō sum: sed ego ⁊ q̄ misit me pater: ⁊ in lege vestra scriptū est: q̄ duorū hominū testimoniū verū est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: ⁊ testimonium perhibet de me: qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus. Respōdit ihesus. Neq; me scitis neq; patrem meum. Si me sciretis forsitan ⁊ patrem meum sciretis. Hec verba locutus est ihesus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. **Offertorium.** Factus est dominus firmamētum meum ⁊ refugium meum ⁊ liberator meus sperabo in eum. **Secreta.** Oblationibus nostris quesumus dñe placare susceptis ⁊ ad te etiā nostras rebelles ꝓpitius compelle voluntates. Per dominum nostrum ihesum christū filium tuū. Qui tecum. **Cōmunio.** Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit: super aquā refectionis educauit me. **Complenda.** Tua nos quesumus domine sancta purificent ⁊ operationis sue remedio tibi faciāt esse placatos. Per dominum nostrum ihesum christum. **Super populum. Dic.** Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis q̄z irasci: da nobis digne flere mala que fecimus vt tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum nostrum ihesum christum filium tu

um: Qui tecum viuit. ¶ Dominica de passione domini. Introitus.



Udica me deus ⁊ discerne causā meam: de gente non sancta ab homīe iniquo ⁊ doloso eripe me: qa tu es deus meus ⁊ fortitudo mea. ꝑs. Emitte lucem tuam ⁊ veritatez tuam: ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuum ⁊ in tabernacula tua. ℣. Gloria patri. nō dicitur. vsqꝫ ad pascha: exceptis festis sanctorum: sed introitus resumatur.

Oratio.

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore ⁊ te seruante custodiatur in mente. Per dominuꝫ nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum amen.

Ab hac die vsqꝫ ad feriam quintā in cena domini feriatis diebus dicitur post orationem diei Oratio. Ecclesie tue quesumus. vel. Deus omnium. tertia ad beneplacitum.

Ad hebreos. viij. capitulo.

Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum peramplius ⁊ perfectius tabernaculuꝫ non manufactum: idest non huius creationis: neqꝫ per sanguinem hircorum aut vitulorum. Sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta: eterna redēptione inuenta. Si enim sanguis hircorum ⁊ thaurorum: ⁊ cinis vitule aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationez carnis. Quāto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruienduꝫ deo viuenti. Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente: in redēptionem earum preuaricationū: que erant sub priori testamēto: repromissionez accipiant. Qui vocati sunt eterne hereditatis in christo iesu domino nostro. Graduale. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere volūtatez tuā. ℣. Liberator meus dñe de gentibus iracūdis: ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℣. Eteniꝫ non potuerunt mihi: super dorsū meū fabricauerūt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Iscdm ioannem. viij. capitu.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum ⁊ principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatez dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt igitur iudei. Et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: ⁊ demonium habes? Respondit iesus: Ego demonium

non habeo: sed honorifico patrem meum & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternum: Dixerunt ergo iudei: Nunc cognouimus: q; demoniū habes. Abraam mortuus est & prophete: & tu dicis: si quis sermonē meū seruauerit: mortem nō gustabit in eternuz. Nunquid tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est: & prophete mortui sunt? Quem teipsum facis. Respondit iesus: Si ego glorifico meipsum: glia mea nihil est. Est pater meus q glorificat me quem vos dicitis: quia deus noster est: & non cognouistis eum: ego autē noui euz: & si dixero quia nō scio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū & sermonem eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diē meū & vidit & gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eū: Quinquaginta annos nōdum habes & abraam vidisti? Dixit eis iesus: Amen amē dico vobis: Anteqū abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerēt in euz. Jesus autem abscondit se & exiuit de templo. **Offertoriū.** Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue seruo tuo & viuam & custodiam sermones tuos: viuifica me sm verbum tuum domine. **Secreta.** Hec munera quesumus domine & vincula nostre prauitatis absoluant: & tue nobis misericordie dona concilient. Per dominum.

Cōmunio. Hoc corpus quod p vobis tradetur hic calix noui testamēti est in meo sanguine dicit dominus: hoc facite quotiēscunq; sumptis in meam cō memorationem. **Completa.** Adesto nobis dñe deus noster: & quos tuis mysterijs recreasti: ppetuis defende presidijs. Per dominum. ¶ **Feria secūda. Introitus.** Miserere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ℘s. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. ℣. Gloria patri & filio. nō dicitur. **Oro.** Sanctifica quesumus dñe nostra ieiunia: & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culpaꝝ. Per dominum nostrū. **Lectio Jone prophete. iij. capitu.** In diebus illis. Factus est verbum dñi ad ionam prophetā secūdo dicēs: Surge & vade in niniuē ciuitatē magnā & p̄dica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: & abiit in niniuē iuxta verbū dñi: & niniue erat ciuitas magna itinere triū dieruz: & cepit ionas introire in ciuitatē itinere diei vnius. Et clamauit & dixit: Adhuc quadragita dies: & niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite i domino. Et predicauerūt ieiunium & vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorē. Et puenit verbuz ad regem niniuet & surrexit de solio suo: & abiecit vestimētuz suū a se: & indutus ē sacco: & sedit i cinere & clamauit & dixit: In niniue ex ore regis & principum eius dicens: homines

⁊ iumēta ⁊ boues ⁊ pecora nō gustent quicq̄ nec pascant: ⁊ aquam nō bibant: ⁊ operiant saccis hoies: ⁊ iumēta clamēt ad dominū in fortitudine: ⁊ cōuertatur vir a via sua mala: ⁊ ab iniquitate que est in manibus eoꝝ. Quis scit si conuertat ⁊ ignoscat deus: ⁊ reuertatur a furore ire sue ⁊ nō ꝑibimus. Et vidit deus opa eorum: qꝛ conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus ē populo suo dominus deus noster. Grad.

Deus exaudi orationē meā: aurib⁹ ꝑcipe verba oris mei. ℣. Deus in noie tuo saluū me fac ⁊ i v̄tute tua iudica me

Tract⁹ vt supra. xliij. ꝑz ioānē. vij. c.

IN illo tpe: Miserūt principes ⁊ pharisei ministros vt apprehenderent iesum. Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicū tempus vobiscum sum: ⁊ vado ad eū qui misit me. Queritis me ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi sum ego vos nō potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia non inuenienus eum? Nunquid in dispersionem gentiuz iturus est ⁊ docturus gētes? Quis est hic sermo quem dixit. Queritis me ⁊ nō inuenietis ⁊ vbi sum ego: vos nō potestis venire. In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum

Offerto. Domine conuertere ⁊ eripe animam meaz saluū me fac propter misericordiam tuam. Secre.

Concede domīe deus noster: vt hec hostia salutaris: ⁊ nostrorū fiat purgatio delictorum: ⁊ tue propitiatio maiestatis. Per dominuz nostrū. Com̄. Dominus virtutum

Sipse est rex glorie. Complēda.

Sacramenti tui quesumus domine participatio salutaris ⁊ purificationē nobis tribuat ⁊ medelaz. Per dn̄m. Super populum oro.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inherendo: tua semper mereatur protectione defendi. Per dominum nostrū iesum. ¶ Feria tertia. Introitus.

Expecta dominuz ⁊ viriliter age ⁊ confortetur cor tuum ⁊ sustie dominum. ꝑs. Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea quem timebo. Oro.

Nostra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia: que nos ⁊ expiando gratia tua dignos efficiant ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum.

Lectio danielis ꝓphete. xiiij. cap̄.

IN diebus illis: Congregati sunt babylonij ad regem ⁊ dixerunt ei: Trade nobis danielem qui bel destruxit: ⁊ draconem interfecit: alioquin interficiemus te ⁊ domum tuam. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eum vehementer: ⁊ necessitate compulsus: tradidit eis danielem. Qui miserunt eū in lacum leonuz: ⁊ erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septē? ⁊ dabantur eis quotidie duo corpora ⁊ due oues: ⁊ tunc non data sunt

eis: vt deuorarent danielem. Erat autez abbacuc pphēta in iudea: & ipse coxerat pulmentum & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitqz angelus domini ad abbacuc. Fer prandium quod habes danieli in babylonem: qui est in lacu leonum & dixit abbacuc. Domine babylonez non vidi: & lacuz nescio. Et apprehendit eū angelus domini in vertice eius: & portauit eum capillo capitis sui: posuitqz euz in babylonē super lacuz in ipetu spiritus sui. Et clamauit abbacuc dicens: Daniel serue dei. Tolle prandiū quod misit tibi deus. Et ait daniel: Recordatus es enim mei domine deus meus: & non dereliquisti diligentes te: surgensqz daniel comedit. Porro angelus domini restituit abbacuc confestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo vt lugeret danielem. Et venit ad lacum & introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonum: & exclamauit voce magna rex dicens: Magnus es domine deus danielis: & extraxit eum de lacu leonum. Illos autem qui perditionis eius causa fuerant intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait: Pauent omnes in vniuersa terra habitantes deum danielis: quia ipse est liberator & saluator: faciens signa & celo & in terra: qui liberauit danielem de lacu leonum. **Graduale.**

Diiudica me deus: & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam & veritatem tuaz ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum. **Scōm Iohannez. vij. ca.**

In illo tpe: Ambulabat iesus in galileaz: non enim volebat in iudeā ambulare: quia querebant euz iudei interficere. Erat eniz in proximo dies festus iudeoz scenopegia: dixerūt ergo ad euz fratres eius. Transi hinc: & vade in iudeam: vt & discipuli tui videant opera tua: que facis. Nemo quippe in occulto aliqd facit: & querit ipse in palam esse. Si hec facis manifesta te ipsum mundo: neqz enim fratres eius credebāt in eū. Dixit ergo eis iesus. Tempus meū nondum aduenit: tempus autē vestrum semper est paratum. Nō potest mūdus odisse vos: me aūt odit: quia ego testimoniuz perhibeo de illo: q opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diez festū hunc: ego autem non ascendam ad diem festuz istum: quia tempus meum nōdum impletuz est. Hec cū dixisset ipe mā sit in galilea. Vt autez ascenderunt fratres eius: tunc & ipse ascendit ad diem festuz non manifeste sed quasi in occulto. Judei ergo querebāt eum in die festo & dicebant: Vbi ē ille: & murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant: q bonus est. Alij autē dicebant: non: sed seducit turbas. Nemo tamē palam loquebatur de illo propter metum iudeoz. **Offerto.** Spereant in te omnes qui nouerūt nomen tuum dñe: quoniaz non derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in sion: quoniā nō est oblit' oratione paupez.

Hostias tibi domine deferimus immolandas: que temporali consolatione: ita nos letificent vt promissa certius spere mus eterna. Per dominū. Communio. Redime me de⁹ israel ex omnibus angustijs meis. Complenda.

Oa nobis quesumus omnipotens deus: vt que diuina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestibus propinquare. p dom̄. Sup populuz oratio.

Oa nobis q̄sumus dne perseuerantes in tua voluntate famulatū: vt in diebus nostris ꝛ merito ꝛ numero populus tibi seruiens augeatur. Per dom̄. ¶ Feria quarta.

Liberator meus de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligam te domine virtus mea: dominus firmamentum meum et refugium meuz. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto.

Sancti ficato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: ꝛ quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum nostrum. Lectio libri Leuiti ci. xviij. capitu.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum: nō mentiemini: nec decipiat vnusquisque proximum suum: non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui: ego dominus: non facies calūniaz proximo tuo: nec vi opprimes eū: non morabitur opus mercennarij tui apud te vsqz mane nō maledices surdo: nec coraꝫ ceco pones offendiculum: sed timebis dom̄m deum tuū: quia ego sum dñs. Non facies qd iniquū est: nec iniuste iudicabis: nō consideres personam pauperis: nec honores vultū potētis. Juste iudica proximo tuo: nō eris criminator: nec susurro in populis: nō stabis contra sanguinē proximi tui. Ego dominus: non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas super illo peccatū: non queras vltionem: nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Diliges amicum tuū sicut te ipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim dñs deus vester. Grad. Exultabo te dne quoniaz suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Dne deus meus clamaui ad te ꝛ sanasti me: dne abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Tractus. Domine non secūdū peccata nostra facias nobis: neqz scōm. vt supra.

Xliiij. Scōm ioannem. x. capi.

In illo tpe: Facta sunt encenia in hierosolymis: ꝛ hyems erat. Et ambulabat ihesus in tēplo in porticu salomonis. Circundederunt ergo eum iudei: ꝛ dicebant ei. Quousqz animaz nostram tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Rñdit eis ihesus. Loquor vobis ꝛ nō creditis. Opera q̄ ego facio in noīe patris mei hec testimoniū perhibēt de me. Sz vos nō creditis: quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee

vocem meā audiunt: ⁊ ego cognosco eas: ⁊ sequūtur me. Et ego vitā eternam do eis: ⁊ non peribunt in eternum: ⁊ non rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius est omnibus: ⁊ nemo pōt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent eū. Respondit eis ihesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eoꝝ opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis teipsum deū. Respondit eis ihesus. Nonne scriptus est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: ⁊ nō potest solui scriptura: quem pater sanctificauit ⁊ misit in mundum: vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autē facio: ⁊ si mihi nō vultis credere: operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis quia pater in me est: ⁊ ego in patre. **Offertorium.** Exurge me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me dñe. **Secre.** Annue nobis misericors deus: vt hostias placationis ⁊ laudis syncero tibi offeramus obsequio. p. **Cōmu.** Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuū dñe: vt audiā vocē laudis tue ⁊ enarrē vniuersa mirabilia tua. **Cōplē.** Celestis doni benedictione pcepta: supplices te deus oī potens dep̄camur: vt hoc idem nobis ⁊ sacramenti causa sit ⁊ salutis. Per. d. **Super populuꝫ Oratio.** Adesto supplicationibus nostris oīpotens deus: ⁊ quib⁹ fiduciā sperāde pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per. d. **Feria.v.** **Introitus.** Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: q; peccauimus tibi: ⁊ mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo: ⁊ fac nobiscum ꝑm multitudinem misericordie tue. **ps.** Bti immaculati in via: q ambulāt in lege dñi. **Oratio.** Presta q̄sumus omnipotēs deus vt dignitas cōditionis humane per imoderantiam sauciata: medicinalis pñmonie studio reformetur. Per. **Lcō da** In diēb⁹ illis: dixit daniel ad dominū dicēs: Domine deus noster: ne despicias populum tuū p̄pter nomen tuum. Et ne dissipes testamentum tuū: neq; auferas misericordiam tuam a nobis: p̄pter habraam dilectum tuum ⁊ isaac seruum tuum: ⁊ israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens q̄ multiplicares semen eoꝝ sicut stellas celi: ⁊ sicut arenam que in littore maris est: quia domine iminuti sumus plus q̄ omnes gentes. Sumusq; humiles in vniuersa terra hodie p̄pter peccata nostra. Et non est in tēpore hoc princeps ⁊ dux ⁊ propheta: neq; holocaustum: neq; sacrificium: neq; oblatio: neque incensum: neq; locus primitiarum coram te:

vt possimus inuenire misericordiam. Sed in animo contrito ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur: sicut in holocausto arietum ⁊ thaurorum. Et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostruz in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi: quoniam non est confusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde ⁊ timemus te: ⁊ querimus faciem tuam: ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mãsuetudinem tuam: ⁊ scdm multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊ da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundãtur in omni potentia: ⁊ robur eorum conteratur. Et sciant quia tu es dominus deus solus: ⁊ gloriosus super orbem terrarum: domine deus noster. Graduale. Tollite hostias: ⁊ introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dñs condensa: ⁊ in templo eius oẽs dicẽt gloriaz. Scdm

In illo tempore. lucam.xx.ca. Factum est in vna dierum: docente iesu populuz in templo ⁊ euãgelizante: cõuenerunt principes sacerdotum ⁊ scribe cũ senioribus: ⁊ aiunt dicentes ad illũ: Dic nobis i qua potestate hec facis: aut quis est q dedit tibi hanc potestatẽ? Respõdens autem iesus dixit ad illos: Interrogabo vos ⁊ ego vnuz verbuz. Respõdete mihi: baptismuz ioannis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabãt intra se dicentes Qr si dixerim⁹ de celo: dicet. Quare ergo nõ credidistis illi. Si autez dixerimus ex hominib⁹: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt eniz ioannẽ ꝓphetã esse. Et respõderũt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis: Neqz ego dico vobis in qua potestate hec facio. Offertorium.

Sup flumina babylonis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹: dum recordaremur tui sion.

Suscipe quesumus Secreta. dñe hostiam redẽptionis humane: ⁊ salutẽ mentis ⁊ corporis operare placatus. Per dominuz. Cõmunio. Memẽto verbi tui ꝑuo tuo domine: in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est i humilitate mea.

Quod ore sumpsimus dñe pura mente capiamus: ⁊ de munere tẽporali fiat nobis remediuz sempiternum. Per dominũ. Super populũ. Oratio. Cõplẽda.

Esto quesumus dñe propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuentes: tuoꝝ potius repleãtur delectationibus mandatorum. Per. ¶ Feria.vj. Introitus.

Miserere mihi domine quoniam tribulor: libera me ⁊ eripe me d manibus inimicorum meorum: ⁊ a ꝑsequẽtibus me dñe nõ cõfũdar: quoniã iuocaui te. ps. In te dñe speraui nõ cõfũdar i eternũ: i iustitia tua libera me.

Cordibus nostris Oratio. quesumus domine gratiã tuaz benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: tẽporaliter potius maceremur: q̃z supplicijs deputemur eternis. Per domininum nostruz. Lectio hieremie prophete. xvij. capi.

In diebus illis: dixit hieremi-
as. Domine omnes qui te de-
relinquunt ꝯfundent̃. Recedẽtes a
te in terra scribentur: quoniã dere-
liquerunt venam aquaꝝ viuentiũ
dominũ. Sana me domine ⁊ sana-
bor: saluũ me fac ⁊ saluus ero: quo
niaꝫ laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt
ad me. Ubi est verbũ domini? veni
at. Et ego nõ suꝫ turbatus: te pasto
rez sequens: ⁊ diẽ hominis nõ desi
deraui. Tu scis quod egressum est
de labijs meis: rectuꝫ in conspectu
tuo fuit. Non sis mihi tu formidi-
ni. Spes mea tu in die afflictionis.
Confundantur qui me persequun
tur: ⁊ non cõfundar ego. Paueãt
illi: ⁊ non paueaꝫ ego. Induc super
eos diẽ afflictionis. Et duplici cõ-
tritione contere eos: dñe deus nr̃.
Grad. Pacifice loquebãtur mihi ini
mici mei: ⁊ in ira molesti erant mihi.
℣. Uidisti domine deus meus ne sile-
as ne discedas a me. Tract⁹ vt supra.

Xliij. Scdm Joannem. xj. cap.
In illo tpe. Collegerunt ponti-
fices ⁊ pharisei conciliũ ⁊ dicebãt.
Quid facimus: quia hic hõ multa
signa facit? Si dimittimus euꝫ sic:
oẽs credent in euꝫ: ⁊ venient roma-
ni: ⁊ tollẽt nostrũ locum ⁊ gentem.
Unus aũt ex ipsis cayphas nomi-
ne cuꝫ esset pontifex anni illius di-
xit eis: Uos nescitis quicq̃ꝫ: nec co
gitatꝫ. Quia expedit vobis vt vnus
moriat̃ homo pro populo: ⁊ nõ to
ta gens pereat. Hoc autẽ a semetip
so non dixit. Sed cuꝫ esset pontifex
anni illius: ꝓphetauit qꝛ iesus mo
riturus erat pro gente. Et non tm̃
pro gente sed vt filios dei qui erãt
dispersi: congregaret in vnum. Ab
illo ergo die cogitauerũt: vt interfi
cerent eum. Jesus aũt iaꝫ non in pa
lam ambulabat apud iudeos: sed
abijt in regionem iuxta desertuꝫ: in
ciuitatẽ que dicit̃ ephrez: ⁊ ibi mo
rabatur cuꝫ discipulis suis. Offer
to. Benedictus es dñe doce me iusti-
ficationes tuas: ⁊ non tradas calũnian
tibus me superbis: ⁊ respõdebo expro
brantibus mihi verbum. Secreta.

Presta nobis misericors de⁹:
vt digne tuis seruire semp al
tarib⁹ mereamur: ⁊ eoꝝ ꝑpetua ꝑti
cipatione saluari. Per do. Lõm.
Ne tradideris me dñe i aĩas ꝑsequẽ
tiũ me: quia insurrexerũt i me testes ini
qui: ⁊ mẽtita est iniquitas sibi. Copl.

Sumpti sacrificij dñe perpe-
tua nos tuitio nõ relinquat:
⁊ noxia semp a nobis cuncta depel
tat. Per. Super populuꝫ Oratio.

Concede quesumus oĩpotẽs
deus: vt q ꝓtectionis tue gra
tiam querimus liberatia malis om
nibus secura tibi mẽte seruiamus.
Per. Sabbato Introitus. Judica
me deus. Per totum: ꝑter tractuꝫ.

Proficiat quesumus Oro.
dñe plebs tibi dicata pie de-
notionis affectu: vt sacris actioni-
bus erudita: quanto tue maiestati
fit gratior: tãto donis potioribus
augeatur. Per. Lcõ hieremie pro
phete. xviij. c.

In diebus illis.
dixerũt ĩpij iudei adinuicẽ. Ue
nite cogitemus ꝯtra iustuꝫ cogita-
tiones. Non enim peribit lex a sa-
cerdote: nec consilium a sapiente:

nec

nec sermo a ꝓpheta. Uenite ꝑcutiamus eũ lingua: ⁊ non attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Attẽde dñe ad me: ⁊ audi vocez aduersarioꝝ meoꝝ. Nũquid redditur ꝓ bono malũ: qꝛ foderũt foueam anime mee? Recordare qđ steterim in cõspectu tuo: vt loquerer ꝓ eis bonũ: ⁊ auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum infamẽ: ⁊ deduc eos ĩ manus gladij. Fiãt vxores eoꝝ absqꝫ liberis ⁊ vidue: ⁊ viri eaꝝ ĩterficiãtur morte. Juuenes eoꝝ cõfodiant̃ gladio: in ꝑlio audiat̃ clamor de domibus eorũ. Adduces sup eos latronẽ repente: qꝛ foderũt foueã vt caperẽt me. Et laqueos absconderũt pedibus meis: tu aũt dñe scis omne consiliuz eoꝝ aduersum me in mortẽ. Ne ꝓpicieris iniqtati eoꝝ: ⁊ peccatum eoꝝ a facie tua non deleatur. Fiant corruẽtes in cõspectu tuo: in tpe furoris tui: dñe deus meus. Scđz io annem. xvij. cap̃.

In illo tpe: Subleuatis iesus oculis in celũ dixit: Pater: venit hora: clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne qđ dedisti ei: det eis vitam eternã. Hec est aũt vita eterna vt cognoscãt te solũ verũ deum: ⁊ quẽ misisti iesum christũ. Ego te clarificaui super terraz: opus cõsummaui qđ dedisti mihi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priusq̃ mũdus fieret apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt ⁊ mihi eos dedisti: ⁊ sermonẽ meũ seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi abs te sunt: qꝛ verba que dedisti mihi dedi eis: ⁊ ipsi acceperunt ⁊ cognouerunt quia a te exiui ⁊ crediderũt qꝛ tu me misisti. Ego pro eis rogo nõ pro mũdo: sed ꝓ his quos dedisti mihi: qꝛ tui sunt. Et omnia mea tua sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificatus suz in eis. Et iaz nõ suz in mũdo ⁊ hi in mũdo sunt: ⁊ ego ad te veuio. ¶ Pater sancte serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi vt sint vnum sicut ⁊ nos. Cũ essem cuz eis: ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi costodiui: ⁊ nemo ex his peryt nisi filius perditiõis: vt scriptura impleat̃. Nũc autem ad te venio ⁊ hec loquor in mũdo: vt habeant gaudium meũ impletum in semetipsis. Et dedi eis sermonem tuũ: ⁊ mundus eos odio habuit: qꝛ non sunt de mũdo: sicut ⁊ ego non sum de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mũdo non sunt: sicut ⁊ ego nõ sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ⁊ ego misi eos in mundũ: ⁊ pro eis sanctificabo meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autẽ rogo tm̃: sed ⁊ ꝓ eis q̃ credituri sunt per verbũ eoꝝ in me: vt oẽs vnũ sint sicut tu pr̃ ĩ me ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnũ sint: vt mũdus credat: qꝛ tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi

dedi eis: vt sint vnum: sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis ⁊ tu in me: vt sint cōsummati in vnum. Et cognoscat mundus: qa tu me misisti: ⁊ dilexisti eos: sicut ⁊ me dilexisti. Pater: volo quos dedisti mihi: vt vbi ego sum: ⁊ illi sint mecum: vt videant claritatē meā quā dedisti mihi: qꝝ dilexisti me ante cōstitutionē mūdi. Pater iuste: mūdus te non cognouit: ⁊ hi cognouerunt: quia tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuū: ⁊ notū faciā vt dilectio q̄ dilexisti me ne ipsis sit: ⁊ ego in ipsis.

Secreta. ACunctis nos quesumus dñe reatibus ⁊ periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes.

Cōplenda. Per dominum. OJuini muneris largitate satiati q̄s dñe deus nr̄: vt huius participatiōe sp viuamus. Per dñm.

Oratio. TSuper populum. Deatur q̄s dñe dextera tua populū tuū deprecātē: ⁊ purificatū dignāter eruditat vt cōsolatōe p̄senti ad futura bona ꝓficiat. Per.d.

¶ Dñica in rāmis palmaꝝ. Finita tertia fiat processio solēnis in q̄ cōueniunt clerus ⁊ populus cum rāmis palmarum obuiaꝝ: aliarūq; arborꝝ. Et pōtifex preparet se cum ministris ⁊ cruce aquā bñdicta ⁊ thuribulo ordinatis ⁊ ꝓcedat ad chorum: tūc incipient chorarij. R̄. Fratres mei. subsequentibus aliis rūsorijs quoadusq; puenerint ad ecclesiā vbi rāmi p̄dictaꝝ arborum sunt benedicēdi: cūq; ibi fuerit pontifex primo bñdicat sal ⁊ aquā: postea media voce dicat. Dñs vobiscū. Oro. Be⁹ qué diligere ⁊ amare. vt supra in pontificali habetur. Qua finita legat subdiaconus.

TLectio libri. Exodi. xv. capitu. IN diebus illis. Venerunt filij israel in helim vbi erant duodecim fontes aquaꝝ: ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aquas profectiq; de helim venit omis multitudo filioꝝ israel in desertū syn: quod est inter helim ⁊ synai: quintadecima die mēsis secūdi: postq̄ egressi sunt de terra egypti: ⁊ murmurauit omnis congregatio filiorum israel contra moysen ⁊ aaron in solitudine. Dixerūtq; ad eos filij israel: Vtinā mortui essemus p manus dñi in terra egypti q̄n sedebamus sup ollas carniū: ⁊ comedebamus panē in saturitate. Cur iduxistis nos i desertū istud: vt occideretis oēm multitudinem fame. Dixitq; dñs ad moysen: Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus ⁊ colligat que sufficiunt p singulos dies vt tentem eum: vtrum ambulet in lege mea an nō: die autē sexta parēt qō inferant. Et fit duplum q̄ colligere solebāt per singulos dies. Dixerūtq; moyses ⁊ aaron ad oēs filios israel: vespere scietis: q̄ dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriā dñi. Audiui enim murmur vestrū cōtra dñm. Nos vero quid sumus q̄: musitastis contra nos. Et ait moyses: dabit dñs vobis vespere carnes edere ⁊ mane panes in saturitate: eo q̄ audierit murmura

tiones vestras: quibus murmurati estis cõtra eum: nos enim quid sumus: nec cõtra nos est murmur vestrũ: sed cõtra dñm. Dixitq; moyses ad aaron: Dic vniuerse cõgregationi filioꝝ israel: accedite coram dño: audiuit enim murmur vestrũ. Cumq; loqueretur aaron ad omnem cetum filioꝝ israel. Respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Perlecta lectione chorus cantet. Tractũ.

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣. Dicant nunc israel sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerũt mihi: supra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates sibi dominus iustus concidet ceruices peccatoꝝ. Secundum marcum. capitulo. xj.

In illo tpe: Cũ appropinquaret iesus hierosolyme et bethanie ad montem oliuaꝝ: mittit duos ex discipulis suis: et ait illis: Ite in castellũ quod contra vos est et statim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum: super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illũ et adducite: et si quis vobis dixerit qd facitis. Dicite: quia dño necessarius é: et cõtinuo illũ dimittet huc: et abeũtes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: et soluunt eum: et quidã de illic stantibus dicebãt illis: Quid facitis soluẽtes pullũ: Qui dixerunt eis: sicut preceperat illis iesus et dimiserunt illis. Et duxerunt pullum ad iesum et imponunt illi vestimenta sua et sedit super eũ. Multi aũt vestimenta sua strauerũt in via: alii ãt frõdes cedebãt de arboribus et sternebãt in via. Et q pibãt et q seqbanꝫ clamabãt dicẽtes: Osanna bñdictus q venit in noĩe dñi: bñdictum qõ venit regnus patris nri dauid Osanna in excelsis. Tũc imediate bñdicat põtifex ramos supradictaꝝ arboꝝ hoc mõ. Exorcismo te ois creatura floꝝ et frondiũ vel palmaꝝ seu oliuaꝝ in noĩe patris. vt supra in põtificali ponit p ordinẽ. Quibus oibus finitis incipiatur officiũ misse.



Omine ne lõge facias auxiliũ tuus a me: ad defensionẽ meã aspice libera me de ore leonis: et a cornib⁹ vnicornium humilitatẽ meã. ps. Deus deꝰ meus respice in me: quare me dereliqsti longe a salute mea. Oratio.

Oppe sempiterne deus: q humano generi ad imitãdũ humanitatis exẽplũ saluatorẽ nrm carnẽ assumere et crucẽ subire voluisti cõcede ppitius vt et patiẽtie habere documẽta: et resurrectiõis cõsortia mereamur. Per eundem que sola dicatur. Lectio epistole ad philippenses. ij. ca.

Fratres: hoc enim sentite in vobis quod et in christo iesu: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominũ factus et habitu inuẽtus vt hõ humiliauit seipsum factus obediẽs vsq ad mor

tē: mortē aūt crucis: propter qđ ⁊ deus illū exaltauit ⁊ donauit illi nomē qđ est super omne nomen: vt in noīe iesu omne genu flectatur: celestiū: terrestriū ⁊ infernoꝝ: ⁊ oīs lingua cōfiteat̄ qꝛ dn̄s iesus christus in gloria est dei patris. Graduale. Tenuisti manū dexterā meā ī volūtate tua deduxisti me: ⁊ cū gl̄ia assumpsisti me. ℣. Quā bonus isrl̄ deꝰ rectis corde: mei aūt pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei: qꝛ zelaui ī peccatoribꝰ pacē peccatoꝝ vidēs. Tractus. Deus đs meꝰ respice ī me q̄re me đre liqsti. ℣. Lōge a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. ℣. Deus meus clamabo ꝑ diē nec exaudies: ⁊ nocte: ⁊ nō ad īsipiētiā mihi. ℣. Tu aūt ī sācto habitas laus israel. ℣. In te spauerūt p̄res nr̄i: sperauerūt ⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerūt ⁊ nō sūt cōfusi. ℣. Ego aūt suz vermis ⁊ nō hō: obprobriū hoīum ⁊ abiectio plebis. ℣. Oēs q videbāt me aspnabant̄ me: locuti sunt labijs ⁊ mouerūt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat eū saluū faciat eū qm̄ vult euz. ℣. Ipsi vero cōsiderauerūt ⁊ cōspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: ⁊ sup vestez meā miserūt sortem. ℣. Libera me de ore leonis ⁊ a cornibꝰ vnicorniū humilitatē meā. ℣. Qui timetis dn̄z laudate eū vniuersū semē iacob glorificate eū ℣. Annūciabit̄ dn̄o generatio vētura: ⁊ annūciabūt celi iustitiā eiꝰ. ℣. Ppl̄o q nascet̄ quez fecit dn̄s. Passio dn̄i absqz bn̄dictione ⁊ dn̄s vobiscū. ⁊ luminaribus ⁊ incenso absolute incipit̄. Nec respondetur Gl̄ia tibi dn̄e. Peruēto tn̄ ad partē illā: q̄ in tono euāgelij legit̄: bn̄dictio petit̄ ⁊ incēsuz portatur ad euangelium. sed nō sexta feria. ¶ Passio dn̄i nr̄i iesu christi ꝑm mattheū. xxvj. c.



In illo tpe: dixit dn̄s iesus discipul̄ suis. Scitis qꝛ post biduū pasca fiet: ⁊ filius hoīs tradet̄ vt crucifigatur. Tūc cōgregati sunt principes sacerdotuz ⁊ seniores ppl̄i ī atriū pr̄icipis sacerdotū q dicebat̄ cayphas: ⁊ ꝯsiliū fecerūt vt iesuz dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebant āt: Nō in die festo ne forte tumultus fieret in ppl̄o. Cuz aūt esset iesus in bethania ī domo simōis leprosi: accessit ad eū mulier habēs alabastꝝ vnguēti preciosi ⁊ effudit super caput ipsius recūbētis. Uidētes autē discipuli īdignati sunt dicētes: Ut qd ꝑditio hec? potuit enī istud venūdari multo: ⁊ dari pauperibus. Sciēs aūt iesus ait illis: qd molesti estis huic mulieri? opus enim bonuz opata est in me. Nā semꝑ paupes habetis vobiscū: me aūt nō sꝑ habebitis. Mittēs enī hec vngentū hoc in corpus meū: ad sepeliēdū me fecit. Amē dico vobis: vbicūqz p̄dicatū fuerit hoc euāgeliū in toto mūdo dicet̄: ⁊ qđ hec fecit ī memoriā eius. Tūc abijt vnus de duodeciz q dicebat̄ iudas scarioth ad pr̄icipes sacerdotum: ⁊ ait illis: Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eū

tradã: At illi cõstituerunt ei triginta argẽteos: ⁊ exinde q̃rebat opportunitatẽ vt eũ traderet. Prima ãt die azimoꝝ: accesserunt discipuli ad iesũ dicẽtes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha: At iesus dixit: Jte in ciuitatẽ ad quẽdã ⁊ dicite ei. Magister dicit: Tps meus p pe est: apũd te facio pascha cũ discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut cõstituit illis iesus: ⁊ parauerũt pascha. Vespere autẽ facto: discũbebat cũ duodecim discipulis suis: ⁊ edẽtibus illis dixit: Amẽ dico vobis: q̃ vnus vestrũ me tradit⁹ ẽ: ⁊ cõtristati valde: ceperunt singuli dicere: Nunqd ego sum dñe: At ipse ñdẽs ait: Qui intingit mecũ manũ in parapside: hic me tradet. Filius quidẽ hois vadit sicut scriptum est de illo. Ve ãt hoi illi p quẽ filius hois tradet̃. Bonũ erat ei si natus nõ fuisset hõ ille. Ñdẽs ãt iudas qui tradidit eũ dixit: Nunqd ego sum rabbi: Ait illi: Tu dixisti. Cenãtibus ãt illis: accepit iesus panẽ: ⁊ benedixit ac fregit: deditq; discipulis suis ⁊ ait: Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meũ: Et accipiẽs calicẽ gratias egit ⁊ dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamenti: q̃ pro multis effundetur in remissionẽ peccatoꝝ. Dico ãt vobis: nõ bibã ammodo de hoc genimie vitis vsq; in illum diem: cum illud bibã vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me i ista nocte. Scriptum est enim: percutiã pastorẽ: ⁊ dispergentur oues gregis. Postq̃ aũt resurrexero: precedã vos in galileã. Ñdens ãt petrus ait illi. Et si oẽs scãdalizati fuerint in te: ego nunquã scãdalizabor. Ait illi iesus: Amẽ dico tibi: q̃ in hac nocte anteq̃ gallus cãtet: ter me negabis. Ait illi petrus: Etiam si oportuerit me mori tecũ: non te negabo. Silr ⁊ oẽs discipuli dixerũt. Tũc venit iesus cum illis i villam que dr gethsemani: ⁊ dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc ⁊ orem. Et assumpto petro ⁊ duob⁹ filijs zebedei: cepit cõtristari ⁊ mestus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sustinete hic ⁊ vigilate mecũ. Et progressus pusillum: procidit in faciẽ suam orãs ⁊ dicens: Mi pater: si possibile est trãseat a me calix iste. Verumtñ nõ sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos: ⁊ inuenit eos dormiẽtes. Et dixit petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum: Vigilate ⁊ orate: vt non intretis intẽtationẽ. Spiritus quidẽ prõptus est: caro autẽ infirma. Jterum secundo abijt: ⁊ orauit dicẽs: Pater mi: si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illum. Fiat voluntas tua. Et venit iterũ ⁊ inuenit eos dormiẽtes. Erant enim oculi eoꝝ grauati: ⁊ relictis illis: iterũ abijt ⁊ orauit tertio eundẽ sermonem dicẽs. Tũc venit ad discipulos suos: ⁊ dicit illis: Dormite iam ⁊ requiescite. Ecce appropinquabit hora ⁊ filius hominis tradetur in manus peccato-

rū. Surgite eamus: Ecce appropin
quabit: qui me tradet. Adhuc ipso
loquente ecce iudas vnus de duo-
decim venit: et cū eo turba multa cū
gladiis et fustibus: missi a princi
pibus sacerdotum et senioribus ppli.
Qui aute tradidit eū: dedit illis si-
gnū dicēs: Quēcūq; osculatus fue
ro: ipse est tenete eū. Et cōfestim ac-
cedēs ad iesum dixit: Aue rabbi.
Et osculatus ē eū. Dixitq; illi iesus:
Amice ad qd venisti? Tunc accesse
rūt et manus iniecerūt in iesum: et te
nuerunt eū. Et ecce vnus ex his q
erāt cū iesu: extendēs manū exemit
gladiū suū: et percutiens seruū princi
pis sacerdotū amputauit ei auricu
lā eius dexterā. Tunc ait illi iesus:
Cōuerte gladiū tuum in locū suū.
Oēs eni qui acceperint gladiū: gla
dio peribunt. An putas quia non
possum rogare patrē meū: et exhibe-
bit mihi modo plus q̄ duodecim
legiones angelorū? Quō ergo īple-
būtur scripture: q: sic oportet fieri.
In illa hora dixit iesus turbis. Tā-
q̄ ad latronē existis cū gladiis et fu
stibus cōprehendere me. Quotidie
apud vos sedebā docēs in tēplo: et
nō me tenuistis. Hoc aute totū fa-
ctū est vt adimplerentur scripture
prophetarū. Tunc oēs discipuli re-
licto eo fugierunt. At illi tenentes
iesum: duxerunt eum ad cayphā
principē sacerdotū: vbi scribe et se-
niores cōuenerant. Petrus autē
sequebat eū a longe vsq; in atrium
principis sacerdotum. Et ingressus
intro: sedebat cū ministris vt vide-
ret finē. Princeps aute sacerdotū
et omne concilīū querebant falsum
testimoniū cōtra iesum: vt eum mor
ti traderēt et non inuenerūt cū mul
ti falsi testes accessissent. Nouissime
aute venerūt duo falsi testes: et dixe
runt. Hic dixit: possum destruere tē
plū dei: et post triduū reedificare il-
lud. Et surgens princeps sacerdo-
tū ait illi: Nihil rīdens ad ea que
isti aduersum te testificant? Jesus āt
tacebat. Et princeps sacerdotū ait
illi: Adiuro te per deum viuū: vt di
cas nobis si tu es christus filius dei.
Dicit illi iesus: Tu dixisti. Verum-
tamen dico vobis: amodo videbi
tis filiū hois sedētē a dextris virtu-
tis dei et venientē in nubibus celi.
Tūc princeps sacerdotū scidit vesti
menta sua dicēs: Blasphemauit.
Quid adhuc egemus testibus? Ec
ce nūc audistis blasphemiā. Quid
vobis videt? At illi rīdentes dixe
rūt: Reus est mortis. Tunc expue-
rūt in faciē eius: et colaphis eū ceci
derunt. Alij aūt palmas in faciem
eius dederunt dicentes: Prophetī
za nobis xpe: qs est q te percussit?
Petrus vero foris sedebat i atrio:
et accessit ad eum vna ancilla dicēs:
Et tu cū iesu galileo eras? At ille ne
gauit: coram oībus dicēs: Nescio
qd dicis. Exeūte aūt illo ianuā vi-
dit eum alia ancilla: et ait his q erāt
ibi: et hic erat cū iesu nazareno. Et
iterū negauit cū iuramento: Quia
non noui hoiem. Et post pusillū ac-
cesserunt qui stabāt: et dixerunt pe-
tro: Vere: et tu ex illis es: nam et lo-
quela tua manifestum te facit. Tūc
cepit detestari et iurare quia nō no-

uisset hoiem. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordatus é petr⁹ vbi iesu quod dixerat: priusq; gallus cātet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane autez facto cō silio inierunt omnes principes sacerdotum ⁊ seniores populi aduersus iesum vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pilato p̄sidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit q̄ dānatus esset: penitētia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus dicēs: Pec cauī: tradens sanguinē iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos tu videris. Et piectis argenteis in tēplo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspēdit. Principes aūt sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonā: q̄ p̄cium sanguinis est. Consilio autē inito: ememerunt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinoꝝ: ppter hoc vocatus est ager ille achelde mach: hoc est ager sanguinis: vsq; in hodiernum dię. Tūc ipletū est qđ dictum est per hieremiā prophętā dicētē: Et acceperūt triginta argēteos p̄cium appreciati quē appreciauerunt a filijs israel: ⁊ dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dñs. Jesus aūt stetit añ p̄sidem: ⁊ interrogauit eū p̄ses dicēs. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotū ⁊ a senioribus: nihil rndit. Tūc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non rndit ei ad vllum verbum: ita vt miraret̄ p̄ses vehementer. Per dię autem solēne cōsueuerat p̄ses dimittere pplo vnum vinctum quem voluissent: habebat autē tunc vinctum insignem: qui dicebat barrabas. Qui propter seditionem missus fuerat in carcerem. Congregatis autē illis: dixit pilatus: Quem vultis dimittā vobis: barrabam: an iesum qui dicitur christum: Sciebat enī q̄ per inuidiā tradidissent eum. Sedēte autem illo pro tribunali: misit ad eum uxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enim passa sum hodie p visum pp eum. Principes autem sacerdotum ⁊ seniores psuaserunt populis vt peterēt barrabam: iesum vero perderent. Rndēs aūt p̄ses: ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabā. Dicit illis pilatus: Quid igitur faciā de iesu q̄ dr̄ christus? Dicunt omnes Crucifigat̄. Ait illis p̄ses: Quid enī mali fecit? At illi magis clamabant dicētes: Crucifigatur. Videns autem pilatus q̄ nihil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram omni populo dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis Et respondens vniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos: ⁊ super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabā: iesum autez flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites p̄sidis suscipientes iesum in pretorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: ⁊ exuentes eum: chlamydem coccineā circū

derũt ei. Et plectẽtes coronã de spinis: posuerũt sup caput eius ⁊ arũdinẽ i dextera eius: ⁊ genuflexo ante eum: illudebant ei dicentes: Aue rex iudeorũ. Et expuẽtes in eũ: acceperunt arundinẽ: ⁊ percutiebant caput eius. Et postq̃ illuserũt ei exuerunt eũ chlamyde: ⁊ induerũt eũ vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifigeretur. Exeuntes autem inuenerunt hominẽ cyrenẽũ: nomine simonẽ: hunc angariauerũt vt tolleret crucẽ eius. Et venerunt in locum q dicitur golgotha: quod est caluarie locus: ⁊ dederunt ei vinũ bibere cum felle mixtũ. Et cum gustasset: noluit bibere. Postq̃ autẽ crucifixerunt eũ diuiserunt vestimenta eius: sortẽ mittẽtes: vt ĩpleretur qđ dictum est per prophetã dicentẽ: Diuiserunt sibi vestimenta mea ⁊ sup vestem meã miserunt sortem: ⁊ sedentes seruabant eum. Et imposuerũt sup caput eius causam ipsius scriptam. Hic est iesus nazarenus rex iudeorũ. Tunc crucifixi sunt cũ eo duo latrones: vnus a dextris: ⁊ vnus a sinistris. Pretereuntes autẽ blasphemabant eũ: mouentes capita sua ⁊ dicentes: Vah qui destruis templum dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Saluã te metipsum: si filius dei es: descende de cruce. Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes ei cũ scribis ⁊ senioribus dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est descendat nunc de cruce: Et credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. Idipsum autem ⁊ latrones q crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam: ⁊ circa horam nonam clamauit iesus voce magna dicens. Hely hely lama zabathani. Hoc est. Deus meus: deus meus: vt quid dereliqsti me. Quidã autẽ illic stantes ⁊ audientes dicebãt: Helyam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis: acceptã spõgiã impleuit aceto: ⁊ imposuit arundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine videamus an veniat helyas liberãs eũ. Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. ✠ Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo vsq; deorsum: ⁊ terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorũ que dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem: ⁊ apparuerunt multis. Centurio aũt ⁊ qui cũ eo erãt custodientes iesum: viso terremotu: ⁊ his que fiebãt: timuerunt valde dicentes: Vere: filius dei erat iste. Erãt autem ibi mulieres multe a longe que secute erãt iesum a galilea: ministrantes ei inter quas erat maria magdalena: ⁊ maria iacobi: ⁊ ioseph mater filiorũ zebedei. Cum sero autem factum esset: venit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph: qui ⁊ ipse discipulus erat iesu: hic accessit

ad pilatuz: ⁊ petijt corp⁹ iesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo: qd̄ exciderat in petra: ⁊ aduoluit saxuz magnum ad hostium monumenti ⁊ abijt. Erat autez ibi maria magdalene ⁊ altera maria sedētes cōtra sepulchꝝ. Hic legit̄ in tono euāgelij.

Altera autez die q̄ est post parasceuen: cōuenerunt principes sacerdotum ⁊ pharisei ad pilatuz dicētes: Dñe: recordati sumus qꝛ seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgā. Jube ergo custodiri sepulchrum vsqꝫ in diem tertiuz: ne forte veniāt discipuli ei⁹ ⁊ furent̄ euz: ⁊ dicāt plebi surrexit a mortuis: ⁊ erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus: Habetis custodiā: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierūt sepulchrum: signātes lapidez cum custodibus. Credo dicitur. Offer.

Improperiū expectauit cor meum ⁊ miseriā ⁊ sustinui qui simul ꝯtristaret̄: ⁊ nō fuit ꝯsolantem me q̄siui ⁊ nō inueni ⁊ dederūt in escam meaz fel ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Concede q̄s dñe: vt oculis tue maiestatis munus oblatum: ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat ⁊ effectum beate perhennitatis acquirat. Per dñm. Prefatio: Qui salutē. Com̄. Pater si non potest hic calix trāsire nisi bibam illuz: fiat voluntas tua. Complēda.

Per huius dñe opationē mysterij: ⁊ vitia nostra purgent̄ ⁊ iusta desideria cōpleant̄. Per. ¶ Fer. ij.

Iudica dñe nocētes me: expugna ipugnātes me: app̄hēde arma ⁊ scutū ⁊ exurge i adiutoriū meū dñe vtus salutj mee. ps. Effūde frameā ⁊ ꝯclude aduersus eos q me ꝑsequūt̄. Introi.

Presta q̄s omnipotēs deus: vt q in tot aduersis ex nr̄a infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum vi. Oratio.

Lectio Esaie prophete. l. capitulo.

Dixit esaias: dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus ⁊ genas meas vellentibus Faciem meam non auerti: ab increpantibus ⁊ conspuentibus in me: dñs deus auxiliator meus: ⁊ iō nō sum cōfusus. Ideo posui faciez meam vt petrā durissimaz: ⁊ scio qm̄ nō ꝯfundar. Juxta ē q iustificat me qs cōtradicet mihi? Stemus simul Quis ē aduersarius meus: accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus? Quis ē q contēnet me. Ecce oēs quasi vestimētum conterentur ⁊ tinea comedet eos. Quis ex vobis timēs dñm? Audiens vocem serui eius. Quis ambulauit in tenebris: ⁊ nō est lumē ei. Speret i noīe dñi: ⁊ innitatur super dño d̄o suo. Immediate incipitur epistola. Lectio zacharie prophete. xj. capitulo.

Hec dicit dñs deus: Si bonū ē in oculis vestris afferte mercedē meā: ⁊ si nō qescite. Et appenderunt mercedem meā triginta argenteis: ⁊ dixit dñs ad me. ꝓijce il

lud ad statuariū decoꝝ p̄ciuꝫ q̄ ap-
preciat⁹ suꝫ ab eis. Et tuli trigīta ar
gēteos: ⁊ proieci illos in domo dñi
ad statuariū. Et p̄cidi virgā meā se
cūdā que appellabat̄ funiculus vt
dissoluerē germanitatē īter iudaꝫ ⁊
israel. Et dixit dñs ad me: Ecce ego
ponā hierusalē sup liminare crapu
le oīb⁹ ppl̄is in circuitu: sed ⁊ iuda
erit in obsidione cōtra hierusalem.
Et habitabit̄ hierusalē rursus: in lo
co suo ī hierusalē ⁊ saluabit domi
nus tabernacula iuda: sicut in p̄nci
pio: Et erit ī die illa effundā sup do
muꝫ dauid: ⁊ sup habitatores hie
rusalē spiritū gr̄e ⁊ precū ⁊ aspiciēt
ad me quē ꝯfixerūt: ⁊ plangēt eum
plāctu quasi sup vnigenitū: ⁊ dole-
bunt sup eū vt dolori solet in mor-
te primogeniti. In die illa magnus
erit plāctus in hierusalē: sicut plan-
ctus ad rēmon ī cāpo magedon et
dicet̄ ei: qd sunt plage iste in medio
manuū tuaꝝ. Et dicet: his plagat⁹
sum in domo illoꝝ q diligebāt me:
framea suscitare super pastorē meū
⁊ sup viꝝ coherētē mihi. Dicit dñs
exercituū. Percute pastorē ⁊ disp-
gent̄ oues. Et cōuertaꝫ manū meā
ad paruulos ⁊ erūt in oī terra dicit
dominus. Partes due in ea disper
gentur: ⁊ deficiēt ⁊ tertia pars relin
quetur in ea: et ducam tertiam par
tem per ignem: ⁊ vraꝫ eos: sicut vri
tur argentum: ⁊ probabo eos sicut
probatur auruꝫ. Ipse īuocabit no
men meum ⁊ ego exaudiā eum. Di
caꝫ populus meus es: ⁊ ipse dicet:
dominus deus meus. Graduale.
Ego autem cum mihi molesti essent
induebam me cilicio: ⁊ humiliabo in ie
iunio animam meam: ⁊ oratio mea in
sinu meo conuertet̄. ℣. Judica dñe no
centes me expuga impugnantes me: ap
prehende arma ⁊ scutuꝫ: ⁊ exurge ī ad
iutoriū mihi. Tract⁹ vt supra .xliij.

A Scōm Joannem.xij. capitu.
Ante sex dies pasce venit iesus
bethaniā vbi lazarus fuerat mortu
us quē suscitauit iesus. Fecerūt aūt
ei cenaꝫ ibi: ⁊ martha ministrabat:
lazarus vero vnus erat ex discūbē-
tibus cum eo. Maria ergo accepit
librā vnguēti nardipistici p̄ciosi et
vnxit pedes iesu ⁊ extersit capillis su
is pedes ei⁹: ⁊ dom⁹ īpleta ē ex odo
re vnguēti. Dixit ergo vnus ex disci
pulis eius iudas scariothis: q erat
eū traditurus. Quare hoc vnguen-
tū nō venijt trecētis denarijs ⁊ da-
tum ē egenis. Dixit aūt hoc nō qꝛ de
egenis ad eū ꝑtinebat: sꝫ qꝛ fur erat
⁊ loculos hñs: ⁊ ea q̄ mittebantur
portabat. Dixit ergo iesus: sinite il-
laꝫ: vt in diē sepulture mee seruet il-
lud. Paupes enī semp vobiscū ha
bet: me aūt nō semp habebitis. Co
gnouit ergo turba multa ex iudeis
qꝛ lazarus illuc ē: ⁊ venerūt nō ꝑp
iesū tm̄: sꝫ vt lazaꝝ viderēt quē susci
tauit a mortuis. Cogitauerūt ergo
prīcipes sacerdotū: vt ⁊ lazaꝝ inter
ficerent: qꝛ multi ꝓpter illū abibāt
ex iudeis: ⁊ credebāt ī iesuꝫ. In cra-
stinū aūt turba multa q̄ venerat ad
diē festū: cū audissent qꝛ venit iesus
hierosolymā: acceperūt ramos pa
maꝝ: ⁊ ꝓcesserūt obuiam ei. Et cla
mabāt dicentes. O sanna bn̄dictus
q venit in noīe dñi rex israel: ⁊ inue

nit ihesus asellū ⁊ sedit sup eum sicut scriptū est. Noli timere filia sion. Ecce rex tuus venit tibi sedēs sup pullum asine. Hec nō cognouerūt discipuli ei⁹ primū: sed qñ glificatus est ihesus: tunc recordati sunt q⁹ hec scripta erant de eo: ⁊ hec fecerūt ei. Testimonium ergo phibebat turba q̄ erat cum eo: qñ lazarum vocauit de monumento ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam venit ei turba: q⁹ audierūt eum fecisse hoc signum. Pharisei vero dixerūt ad semetipsos: Videtis q⁹ nihil proficimus: ecce mūdus tot⁹ post eum abiit. Erāt autem gētiles qdam ex his: q ascenderāt vt adorarent i die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum: qui erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabāt eum dicētes: Dñe volumus ihesum videre. Venit philippus ⁊ dicit andree. Andreas rursum ⁊ philipp⁹ dixerunt ad ihesum: Jesus autē r ñdit eis dicēs: Venit hora vt clarificet filius hoīs. Amē amen dico vobis: nisi granum frumēti cadēs in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si aūt mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat animā suā perdet eam: ⁊ qui odit aiam suam in hoc mundo: in vitā eternā custodit eā. Si qs mihi ministrat: me sequatur. Et vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pr̄ meus. Nunc anima mea turbata ē: ⁊ qd dicā? Pater saluifica me ex hac hora: sed ppterea veni in hāc horā. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de celo dicēs. Clarificaui: ⁊ iterū clarificabo: Turba ergo que stabat ⁊ audierat: dicebat: tonitruū factum esse Alij āt dicebāt: Angelus ei locutus est. Rñdit ihesus ⁊ dixit: Nō ppter me vox hec venit: sed ppter vos. Nunc iudiciū ē mundi: nunc pr̄ceps mundi huius ejciet foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: oia trahā ad meipsum. Hoc āt dicebat: significās qua morte eēt moriturus. Rñdit ei turba: Nos audiuimus ex lege: q⁹ chr̄s manet in eternum: ⁊ qñ tu dicis: oportet exaltari filium hoīs? Et qs ē iste filius hoīs? Dixit ergo eis ihesus: Adhuc modicum lumē in vobis ē: ābulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehendant. Et q ambulat i tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutus est ihesus: ⁊ abiit ⁊ abscōdit se ab eis.

Offe. Exripe me ō inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facē volūtatē tuā: q⁹ deus meus es tu.

Concede quesumus ops deus: vt qui festa paschalia venerando egimus per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. p.

Lectio petri apli. prima. ij. c.

Harissimi: deponentes oẽm malitiã ⁊ oẽm dolũ ⁊ simulationes ⁊ inuidias ⁊ oẽs detractiones: sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ: si tñ gustatis qm̃ dulcis est dñs: ad quẽ accedentes lapidẽ viuuz: ab hoĩbus quidẽ reprobatuz: a deo autẽ electũ ⁊ honorificatum ⁊ ipsi tãq̃z lapides viui sup edificamini domos spũales sacerdotiũ sanctũ offerre spũales hostias acceptabiles deo p iesum christuz: ꝓpter qd̃ cõtinet scriptura. Ecce ponã in syon lapidẽ summũ angularẽ electũ preciosum: ⁊ oĩs q credit in eũ non ꝯfundet̃. Uobis igit̃ honor credẽtibus non credẽtibus aũt lapis quẽ reprobauerũt edificãtes. Hic factus est in caput anguli ⁊ lapis offẽsiõis ⁊ petra scãdali his qui offendũt verbo nec credunt in quo ⁊ positi sunt. Uos aũt genus electũ regale sacerdotiũ: gens sctã: populus acqsitionis: vt virtutes eius annũcietis q de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suum q aliqñ nõ populus: nunc autẽ populus dei: qui non ꝯsecuti misericordiã nunc aũt misericordiam cõsecuti per iesuz christuz dñm nr̃m. Alla. ℣. Hec dies quã fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Alla. ℣. Laudate pueri dñm laudate nomẽ domini. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum Sequentia.

Mundi renouatio noua parit gaudia: resurgenti dño ꝯresurgunt oĩa: elemẽta seruiũt ⁊ auctores sentiũt quanta sint solemnia. Ignis volat mobilis ⁊ aer volubilis: fluit aq̃ labilis: terra manet stabilis: alta petũt leuia cẽtrũ tenẽt grauia: renouãt̃ oĩa. Celũ fit sereni⁹ ⁊ mare trãquillius spirat aura lenius: vallis nostra floruit: reuiuiscunt arida: recalescunt frigida: quãdo ver ĩtepuit. Gelu mortis soluit̃: mũdi ꝑncipes tollit̃ ⁊ ei⁹ destruit̃ i nobis imperiũ cuz tener̃ voluit i quo nihil habuit ius amisit ꝓpriũ. Uiã ꝑbet facilẽ: cherubi v̂satilẽ vt deus ꝓmiserat ãmouẽdo gladiuz. Uita mortẽ supat hõ iã recupat: q ꝑ⁹ miserat padisi gaudiũ. ſ m ioã. xx. ca.

In illo tpe: vna sabbati maria magdalena venit mane cuz adhuc tenebre essent ad monumẽtuz: ⁊ vidit lapidẽ sublatuz a monumẽto. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonem petruz ⁊ ad aliuz discipulum quẽ amabat iesus: ⁊ dicit eis: Tulerunt dñm de monumento: ⁊ nescimus vbi posuerunt euz. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt ad monumẽtuz. Currebãt autẽ duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro ⁊ venit

primus ad monumētuz: ⁊ cū se in clinasset vidit litheamīa posita: nō tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequēs eū: ⁊ introiuit in monumentū: ⁊ vidit lintheamina posita ⁊ sudarium qđ fuerat super caput eius nō cū lintheaminibus positū: sed separatiz inuolutum i vnū locū. Tūc ergo introiuit: ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumentuz ⁊ vidit ⁊ credidit. Non duz eni sciebāt scripturas qꝛ oportuit eū a mortuis resurgere. Offer.

Benedictus qui venit in nomine dñi: benediximus vos de domo dñi: deus dñs: ⁊ illuxit nobis: alla alla. Secre.

Concede q̄s op̄s deus super nos ꝑ hec mysteria paschalia gratulari: ⁊ continua nr̄e reparationis operatio ꝑpetua nobis fiat causa salutis. ꝑ. Cō. Oēs qui i xp̄o baptizati estis christū induistis alleluia. Cōplē.

Redēptionis nr̄e munere vegetati q̄s dñe: vt in hoc perpetue salutis auxilio fides semꝑ vera ꝓficiat. Per. ¶ De btā virgine infra pascha. Oratio.

Deus q ꝑ gloriosā resurrectionez vnigeniti filij tui domini nr̄i iesu christi familiam tuā letificare dignatus est: p̄sta q̄s: vt ꝑ eius venerabilē genitricē virginē mariā ꝑpetue vite gaudia cōsequamur. Per.

Auxilieť nobis dñe q̄s vnigeniti tui resurrectio ⁊ munera q̄ tibi offerimus beate marie virginis interuentiōe dicare digneris. Per eundez. Complenda. Secreta.

Huius nos dñe q̄s sacr̄i acceptio ꝓtegat: ⁊ gloriosa beate marie genitricis oro filium tuū placare dignetur: q victor ab inferj resurrexit iesus christus dñs nr̄. Qui tecū vi. ¶ De oibus sanctis. Oro.

Omp̄s sempiterne deus: deduc nos ad societatez celestiū gaudioꝝ: vt spū scō renatos regnū tuū facias introire: atqꝫ eo ꝑueniat hūilitas gregis q̄ p̄cessit celsitudo pastoris q. Sec.

Presta nob̄ op̄s ⁊ misericors deꝰ vt i resurrectiōe dñi nr̄i iesu chr̄i cū oib⁹ scīs ꝑcipiamus v̄aciter portionez. Qui. Cōplen.

Repelle dñe ꝯscriptuz pctī lege cirographuz: qđ in nobis paschali mysterio per resurrectionez filij tui euacuasti. Qui te. In octa. pasche agiť offm̄ sic̄ in die scō. Offm̄ vero seq̄ns iponať. ¶ Feria.ij. Introi.

Quasi mō geniti infantes alleluia: rōnabiles sine dolo lac ꝯcupiscite. alľ. alľ. alľa. p̄s. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

Presta q̄s op̄s deus: vt qui festa paschalia peregimus hec te largiente moribus ⁊ vita teneamus. Per do. Ab hac die vsqꝫ ad ascensionē dieb⁹ feriatis post orationez diei fit cōmemoratio de beata maria: ⁊ de oibus sanctis. Lectio epistole beati. Joannis apostoli. v. cap.

Carissimi: Omne qđ natū est ex deo vincit mundū. Et hec est victoria q̄ vincit mūdum fides nostra. Quis est aūt qui vincit mūduz nisi q credit qm̄ iesus est filius dei. Hic est qui venit per aquā ⁊ sanguinē iesus chr̄s. Non in aqua so-

lū: sed in aqua ⁊ sanguine: ⁊ spūs est q testificat: qm̄ chr̄s est veritas: qm̄ tres sunt q testimoniū dant i celo: pater verbū ⁊ spiritus scūs: ⁊ hi tres vnū sunt. Et tres sunt q testimoniū dant in terra: spūs aqua ⁊ sanguis: ⁊ hi tres vnū sunt. Si testimonium hoīum accipimus: testimonium dei maius est: qm̄ hoc ē testimoniū dei: qđ maius ē q̄ testificatus ē de filio suo. Qui credit i filiū dei: habet testimonium dei in se. Alla. ℣. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulor̄ suor̄: ⁊ dixit: pax vobis. Alla. ℣. Surrexit pastor bonus qui posuit animā suam p̄o ouibus suis: ⁊ p̄ suo grege mori dignatus est. p̄dictus versus cū Allāsc̄ Surrexit pastor bonus: dicit quottidie vsq̄ ad ascēsionē dn̄i tā diebus festiuis q̄ feriatis p̄ secundo Alla. Nota q̄ sequētia. Victime paschali. dicitur singulis diebus dn̄icis ⁊ festiuis: vbi p̄pria nō ē signata vsq̄ ad ascensionē. Scōm ioānē. xx. ca.

Q Uū esset sero die illa vna sabbator̄: ⁊ fores essent clause vbi erāt discipuli cōgregati p̄pter metū iudeor̄: venit iesus ⁊ stetit in medio ⁊ dicit eis: Pax vobis. Et cū hec dixisset: ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dn̄o: dixit ergo eis iterū: pax vobis. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hec cum dixisset: insufflauit ⁊ dicit eis. Accipite spm̄ sanctū: quor̄ remiseritis peccata remittuntur eis: ⁊ quor̄ retinueritis retenta sunt. Thomas aūt vnus ex duodecim qui dicitur dydimus: non erat cū eis q̄n̄ venit iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus dn̄m. Ille aūt dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixurā clauor̄. Et mittā digitū meū in locum clauorum: ⁊ mittā manus meā in latus eius: nō credam. Et post dies octo iter̄ erāt discipuli eius intus ⁊ thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis. Et stetit in medio ⁊ dixit eis Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc: ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Respōdit thomas ⁊ dixit ei: Dominus meus ⁊ deus meus. Dicit ei iesus: Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: q̄ iesus est chr̄istus filius dei: ⁊ vt credētes vitam habeatis in nomine eius.

Offerto. Angelus dn̄i. lxxviij. Requiē feria. ij. paschē. Secreta.

S Uscipe q̄sumus dn̄e munera exultantis ecclesie: ⁊ cui causam tanti gaudij p̄stitisti: perpetuum fructum concede letitie. Per. Cō. Mitte manū tuā ⁊ cognosce loca clauor̄ alla: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia. Cōpleta.

Q Uesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que p̄o reparationis nostre munimine contulisti: ⁊ p̄sens nobis remedium esse facias ⁊ futurum. Per.

De lancea domini. Introitus.



Oderũt manus meas: ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ⁊ sicut aqua effusus sũ all̃. all̃. ℣. Factũ est cor meũ tanq̃ cera liq̃scẽs i medio ventris mei.

DEus qui p salute mũ ℣o. dí passus es: ⁊ de corde tuo aquã ⁊ sanguiné p lanceam militis emanare fecisti: cõcede ꝓpitius: vt sacratissimi corporis tui veneranda pfossio: peccatorũ nostrorũ sit plena remissio. Qui tecũ viuit. Lectio Hzacharie prophete. xij. capitu.

HEc dicit dñs: Effundã sup domum dauid: ⁊ sup omnes habitatores hierusalẽ: spũ gr̃e ⁊ p̃cũ: ⁊ aspiciẽt ad me quẽ crucifixerũt. Et plangent eũ planctu quasi vnigenitum: ⁊ dolebũt super eum sicut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in hierusalem: sicut planctus ad rẽmon in campo magedon. Et plangent eũ familie terre ⁊ familie seorsum. Familie domus dauid seorsũ: ⁊ mulieres eorũ seorsũ. Familie domus leui seorsum: ⁊ mulieres eorũ seorsum. Ẽs familie reliquę: familie ⁊ familie seorsum: ⁊ mulieres eorum seorsum. In illa die erit fons patens domui dauid: ⁊ habitantibus hierusalem in ablutionem peccatorum ⁊ menstruate. Et dicetur ei: Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum. Et dicetur his: Plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorẽ meum: ⁊ sup virũ cohærẽtem mihi. Dicit dñs exercituũ. Percute pastorẽ ⁊ dispergentur oues gregis. Alł. ℣. Angelus dñi michael descendet de celo: ⁊ apparebit cum gloriosis ĩsignijs ⁊ laudibus dñice resurrectionis. Alł. Surrexit pastor bo. lxxxj. Sequẽtia.

HOdierne festum lucis: ⁊ solẽnis vite ducis: p victrici lãcea. Ne cantemus laudes ei: quem transfixit vice rei. hec salutis framea. Omniũ vtriusq; sexus: te stringebat culpe nexus: ⁊ mortis angustia. Pro salle illi qui resoluit: culpaꝝ penam pro te soluit: vite dans remedia. Aue ferrum triumphale: intrans pectus tu vitale: celi pandis hostia. Aue cundata tu cruore: felix hasta nos amore: p victrici saucia. Aue lorens cruor quem fuderunt: artus christi quos foderunt: clauoꝝ fixoria. Aue sa per te ac rigata: ac p clauos solidata: nostra sint p̃cordia. Salue iesu nazarene: tu p nobis mortis pene: affectus iniuria. Pro laca patrem maiestatis: vt in euum cum beatis: nos coronet gloria. Secũdus ioannez. xix. cap̃.

IN illo tpe: Rogauerunt iudei pilatũ: vt frangerentur eorũ crura ⁊ tollerent̃. Venerunt ergo milites: ⁊ primi qdẽ fregerunt crura ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ie sum vero cũ venissent: vt viderunt eũ iã mortuũ: nõ fregerũt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aq̃. Et q vidit testimonium phibuit ⁊ verum est testimonium

eius:⁊ ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt eniz hec vt scriptura ĩpleret̃. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterꝫ alia scriptura dicit: Uidebunt in quẽ trãsfixerũt. Credo. Offer. Uiderunt in quẽ transfixerunt. dum mouerentur fundamenta terre: sol obscuratur corpora sanctoruz de monumentis resurgerẽt ⁊ crux cum gemmis clauorum per vniuersuz mundũ radiaret alleluia. Secreta.

Sanctificet nos q̃s dñe deus hoc sanctũ ⁊ immaculatũ sacrificiũ vesp̃tinũ: qd̃ vnigenit⁹ fili⁹ tuus i cruce obtulit ꝓ salute mũdi oblationẽ nouã quã totus mũdus cõtremuit ⁊ expauit. ꝑ eun. Prefa. Qui salutẽ. Cõ. Apprehẽde arma ⁊ scutũ clauos ⁊ lanceã dñe: ⁊ dic anime mee salus tua ego sum alt̃a. Cõplen.

Domine iesu christe q temet ipsum in cruce holocaustum ĩmaculatũ deo pr̃i spõtaneuz obtulisti q̃sumus: vt eiusdẽ sacrificij qd̃ perfecimus oblatio veneranda indulgentiam nobis obtineat: ⁊ gloriam sempiternam. Per eundem.

¶ Feria quarta ad hebreos. xiij.c.

Fratres: Obedite prepositis vr̃is ⁊ subiacete eis: ipsi eniz ꝑuigilãt quasi rõnez ꝓ aĩabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant ⁊ non gementes: hoc autez expedit vobis: orate ꝓ nobis. Confidimus eni q̃ bonã coscientiã habemus in oĩbus: beneuolẽtes cõuersari. Amplius autez deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouium in sanguine testamenti eterni: dñm nostrũ iesum christũ: aptet vos in oĩ bono: vt faciatis voluntatẽ eius faciẽs in vobis quod placeat corã se: per iesuz christũ cui ẽ gl̃ia in secula seculoꝝ amẽ. Scd̃z marcũ. vj.c.

In illo tpe: Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene de q̃ eiecerat septẽ demonia. Illa vadẽs nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus ⁊ flentibus ⁊ illi audientes q̃ viueret: ⁊ visus esset ab ea non crediderunt. Post hec autez duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie: euntibus in villam: ⁊ illi euntes nunciauerunt ceteris.

¶ Feria sexta ad thimo. vj. capitu.

Charissimi: Diuitibus huius seculi p̃cipe nõ sublime sapere: neq̃ sperare in incerto diuitiaꝝ sed in dño q prestat nobis oĩa habũde ad fruẽdũ bene agere: diuites fieri in oĩbus opibus bonis facile tribuere cõmunicare thesaurizare sibi fundamentũ bonum in futuruz: vt apprehendant veram vitam. O thimothee depositum custodi deuitans profanas vocum nouitates ⁊ oppositiones falsi nominis scientie: quam quidam promittentes circa fidẽ exciderũt. Gratia dñi

Itecũ amẽ. Scd̃z matt. xxviij.c.

In illo tpe. Exierũt mulieres de monumẽto cum timore ⁊ gaudio magno: currẽtes nũciare discipulis iesu. Et ecce iesus occurrit illis dicens. Auete. Illi aũt accesserunt ⁊ tenuerunt pedes eius ⁊ adorauerunt eũ. Tũc ait illis iesus: Nolite

timere. Jte nũciate fratribus meis vt eant in galileã ibi me videbunt: Que cũ abyssent: ecce qdam de custodibus venerunt in ciuitatẽ ⁊ nũciauerũt principibus sacerdotũ oia q̃ facta fuerãt. Et cõgregati cum senioribus: consilio accepto pecuniã copiosaz dederũt militibus dicẽtes: Dicite qz discipuli eius nocte venerunt ⁊ furati sunt eum nobis dormiẽtibus. Et si hoc auditus fuerit a preside nos suadebimus ei: ⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti ⁊ diuulgatum est verbũ istud apud iudeos vsq3 in hodiernum diem.

¶ Dñica.ij. post pascha. Introitus.



Jsericordia dñi plena ẽ terra alle. verbo dñi celi firmati sũt alle. alle. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus q̃ in filij tui humilitate iacẽtez mundũ erexisti: fidelibus tuis ppetuã concede letitiã: vt quos a perpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs faciaz perfrui sempiternis. Per. que ofo sola dicit. Lectio petri apostoli. prime. ij. cap.

CHariſſimi: Christus passus ẽ pro nobis: vobis relinqns exemplum: vt sequamini vestigia eius qui peccatũ nõ fecit: nec inuẽtus est dolus in ore eius: q cuz malediceret: nõ maledicebat. Cuz paterẽtur nõ comminabat. Tradebat aũt iudicãti se iniuste: q peccata nra ipse ptulit in corpore suo sup lignũ: vt peccatis mortui iustitie viuam9 cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errãtes: sed cõuersi estis nũc ad pastorem ⁊ epm animarum vestrarũ. Alle. v. Ego sum pastor bonus: q pasco oues meas. Alle Surrexit pastor bo. lxxxj. Scõm ioan. x. ca.

IN illo tpe: Dixit dñs ihesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus: bonus pastor aiaz suaz dat pro ouibus suis: mercenarius aũt: ⁊ q nõ est pastor cui9 nõ sunt oues ppie: videt lupũ venientẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lup9 rapit ⁊ dispgit oues. Mercennarius aũt fugit: qz mercenarius est: ⁊ non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ conoscũt me mee. Sicut nouit me pr: ⁊ ego agnosco patrez: ⁊ aiam meaz pono p ouib9 meis. Et alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meam audient ⁊ fiet vnũ ouile ⁊ vnus pastor. Off. De9 de9 me9 ad te de luce vigilo: ⁊ in noie tuo leuabo manus mas. Benedictionez Secre. me9 alle. nobis dñe cõferat salutarem hec sacra semp oblatio: vt qõ agit mysterio vtute pficiat. p. Cõ. Ego sum pastor bonus alle. ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee: alle alle. Postcõ. Resta nobis ops de9: Cõpl. vt viuificatiõis tue gram cõsequẽtes: in tuo semp munere gloriemur. Per. ¶ Feria q̃rta. Lectio epistole beati petri apostoli. j. cap. j.

CHariſſimi: Scientes q̃ non corruptibilibus argento vel au

ro redẽpti estis de vana vra conuersatione pne traditionis: sz pcioso sanguine quasi agni incontaminati t immaculati iesu christi. Preco gniti quidem ante mundi constitutionem manifestati autem nouissimis tpibus: propter vos qui p ipsum fideles estis in deo: qui suscitauit eum a mortuis: t dedit ei gliaz: vt fides vra t spes eet in deo. Alias vestras per spm castificates in obediẽtia charitatis: i fraternitatz amore simplici ex corde inuicem diligite attentius renati nõ ex semine corruptibili per verbum dei viui t pmanentis in eternum: quia omnis caro fenuz: t ois gloria eius tanqz flos feni. Exaruit fenum t flos ei⁹ decidit: verbum aũt domini manet in eternum. Scõm lucã. xxiiij. capi.

In illo tpe: vna sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum: portantes que parauerant aromata t inuenerunt lapidẽ reuolutũ a monumento: t ingressẽ non inuenerũt corpus domini iesu. Et factũ est dum mẽte essent cõsternate de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent aũt t declinarẽt vultum in terrã dixerũt ad illas. Quid queritis: viuentem cum mortuis. Non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis: cũ adhuc in galilea eet dicens: Quia oportet filiũ hois tradi in manꝰ hominũ peccatorz t crucifigi: t tertia die resurgere: t recordate sunt verborz eius: t regresse a monumento: nunciauerunt hec omnia illis vnde cim t ceteris omnibus. Erat autez maria magdalena t ioanna t maria iacobi t cetere que cum eis erãt: que dicebant ad apostolos hec: et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista. Et nõ credebãt illis. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monumentũ t pcũbens vidit lintheamina posita sola: t abijt secum miras qõ factũ fuerat. ¶ Feria. iiij. ad roma. xv. c.

Fratres: Certus suz ego ipse de vobis: qm t ipsi pleni estis dilectiõe repleti oi scientia: ita vt possitis alterutrũ monere. Audacius autez scripsi vobis frẽs ex parte tanqz in memoriã vos reducens propter gratiam que data est mihi a deo: vt sim minister iesu christi ingentibus: sanctificans euangeliũ dei: vt fiat oblatio gentium accepta: t sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in christo domino nostro. Scõm mat the. ix. c.

In illo tpe: Accesserũt ad iesum discipuli ioannis dicentes: Quare nos t phарisei ieiunamus frequẽter: discipuli aũt tui non ieiunãt? Et ait illis iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere: qz diu cum illis est spõsus? veniet autẽ dies cum auferet ab eis sponsus: t tunc ieiunabunt. Nemo enĩ immittit cõmissurã pãni rudis: in vestimentum vetus. Tollit enĩ plenitudinez eius a vestimẽto t peior scissura fit: neqz mittũt vinũ nouũ in vtres veteres: alioqn rũpunt vtres t vinus effunditur: t vtres pereunt: sed vinum nouus in vtres nouos mittũt t ãbo pseruant. ¶ Bñica. iij. Intr.



Abilate deo oīs terra alł. psalmū dicite noī eī⁹ alł. date gł'iam laudi eius alł.alł.alł'a. ps. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua domine in multitudine virtutis tue. Oro.

DEus q errantib⁹ vt in viam possint redire iustitie: vitatis tue lumē oñdis: da cūctis q xp̄iana pfessiōe censent: et illa respuere que huic inimica sūt noī et ea q̄ sūt apta sectari. Per dominum nostrū. Lectio epistole beati petri apł̄i.j.ij.cap.

CAriss̄imi: Obsecro vos tāq̄ aduenas et pegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desideriis q̄ milit̄at aduersus aiam: conuersationez vr̄am iter gentes hñtes bonā: vt in eo qō detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus ex bonis opib⁹ vos considerantes glificent deū in die visitationis. Subiecti igitur estote oi humane creature ꝓpter deum: siue regi q̄si p̄celleti siue ducib⁹ tāq̄ ab eo missis: ad vindictā malefactorum laudē vo bonoz: q: sic est volūtas dei vt bñfaciētes obmutescere faciatis ip: rudētiū hoium ignoratiā q̄si liberi: et nō q̄si vleamē habētes malitie libertatē: sz sicut serui dei. Dēs honorate: fraternitatē diligite deū timete: regē honorificate: serui subditi estote in oi timore dñis nō tm̄ bonis et modestis: sed etiaz discolis. Hec ē eni gr̄a i chr̄o ihesu dño nr̄o. Alł'a. ℣. Modicū et nō videbitis me: et iterū modicū et videbitis me. Alł. surrexit pastor bo. lxxxj. Scōz ioānē.

IN illo tpe: dixit dñs ie- xvj.c. sus discipulis suis: Modicuz et iā nō videbitis me: et iterū modicū et videbitis me q: vado ad p̄rem. Dixerūt ergo qdā ex discipulis eius ad inuicē: Quid ē hoc qō dic nobis: modicū et iā nō videbitis me: et iterū modicū et videbitis me et qa vado ad p̄rez. dicebāt ergo: Quid ē hoc quod dicit: modicum? nescimus qd loq̄t̄. Cognouit āt ihesus q: volebāt eū ī terrogare: et dixit eis: de hoc q̄ritis inter vos q: dixi modicuz et non videbitis me: et iterū modicū et videbitis me. Amē amē dico vobis: q: plorabitis et flebitis vos: mūdus āt gaudebit. Vos āt ꝓtristabimini: sed tristitia vestra vertet̄ in gaudiuz. Mulier cū parit: tristitiaz hz: q: venit hora eius. Cum autez peperit puerū iā nō meminit p̄ssure ꝓpter gaudiū: q: natus est hō in mūduz. Et vos igit̄ nūc qdē tristitiā habetis: iterū autē videbo vos. Et gaudebit cor vestrū: et gaudiū vestruz nemo tollet a vobis. Offer. Lauda anima mea dñm: laudabo dñz ī vita mea: psallam deo meo q̄diu ero: alł'a.

HIs nobis dñe mysteriis Sec. ꝓficiat quo terrena desideria mitigātes discamus amare celestia. p. Cō. Modicū et iā nō videbitis me alł'a: iterū modicū et videbitis me: q: vado ad p̄rem: alł'a alł'. Cōpł. Sacraméta q̄ sumpsimus dñe q̄s et spiritalib⁹ nos ī struāt alimētis: et cor ꝓalib⁹ tueāt auxilijs p. Fer. iiij. Cō ioānis apł̄i.j. cap. Cariss̄imi. Hec scribo vobis:

vt non peccetis. Sed ⁊ siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum: ⁊ ipse ē ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is: nō ꝓ nr̄is aūt tm̄: sz ét ꝓ totius mūdi. Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eū si mandata eius obseruamus: q̄ dicit se nosse deū ⁊ mādata eius nō custodit: mēdax est: ⁊ veritas in eo nō est. Qui aūt seruat verbum eius: vere in eo charitas dei perfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit ⁊ ipse ambulare. Charissimi: nō mādatum nouū scribo vobis: sed mandatum vetus q̄ habuistis ab initio. Mandatū vetus est verbum quod audistis. Iterum mandatū scribo vobis: q̄ est verum: ⁊ in ipso ⁊ in vobis: q̄ tenebre trāsierūt: ⁊ lumē verū iā lucet per iesum christū dn̄m nr̄m. Scōm ioan

In illo tpe: Facta est nez.liij.ca. q̄stio ex discipulis ioannis cū iudeis de purificatiōe: ⁊ venerūt ad ioānē ⁊ dixerunt ei: Rabbi q̄ erat tecū trās iordanem cui testimoniū phibuisti: ecce hic baptizat: ⁊ oēs veniunt ad eū. Rñdit ioannes ⁊ dixit: Nō pōt hō accipere quicq̄m: nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi testimoniū phibetis: q̄ dixerim: non sum ego christus: sed q̄ missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus aūté sponsi qui stat ⁊ audit eum: gaudio gaudet: p̄opter vocé sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletū est: illum op̄ortet crescere: me autez minui. Qui desur sum venit: sup oēs est: qui est de terra: de terra est: ⁊ de terra loquit̄: qui de celo venit sup̄ oēs est: ⁊ q̄ vidit ⁊ audiuit: hoc testatur: ⁊ testimoniū eius nemo accipit: qui autez acceperit testimonium eius signauit: quia deus verax est. Quem enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mēsurā dat deus spm̄ Pater diligit filiū: ⁊ oia dedit in manu eius. Qui credit i filiū habet vitā eternā. Qui aūt incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet sup̄ eum.

Feria.vj.ad colosen.ij.ca.

Fratres: dico vobis: vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum: Naz etsi corpore absens sum: sed spū vobiscum sum: gaudens ⁊ videns ordinem vestrū ⁊ firmamētū eius q̄ est in christo fidei vre. Sicut ergo accepistis christū dn̄m iesum: in ipso ambulate: radicati ⁊ superedificati in ipso ⁊ cōfirmati in fide: sicut ét didicistis. Sz ioānē.xij.c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis: Ego lux in mundum veni: vt oīs q̄ credit in me: in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea ⁊ nō custodierit ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificē mundū. Qui spernit me ⁊ nō accipit verba mea habet q̄ iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die: q̄ ex meipso nō sum locutus. sed qui misit me p̄r: ipse mihi mandatū dedit q̄d dicā ⁊ q̄d loq̄r: ⁊ scio q̄ māda tū eius vita eterna est. Que ergo loquor: sicut dixit mihi p̄r sic loquor.

¶ Dominica quarta. Introitus.



Antate dño cãticuz nouũ alla: qꝛ mirabilia fecit dñs alla: ante cõspectuz gentium reuelauit iustitiã suã: alla alla. ps. Saluabit sibi dxteram eius ⁊ brachium sanctum eius.

Deus q fideliuz mentes Oro. vni⁹ efficis volũtatis: da populis tuis id amare qd̃ p̃cipis: id desiderare qd̃ ꝓmittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. Oro sola dr̃. Lectio iacobi apli.j.c.

Carissimi. Omne datum optimum ⁊ oẽ donuz pfectuz desursum est: descẽdens a patre luminum: apud quẽ non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie eniz nos genuit verbo veritatis: vt simus initiuz aliquod creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi: sit autẽ oĩs hõ velox ad audienduz: tardus ad loquẽdũ ⁊ tardus ad iraz. Ira eniz viri: iustitiam dei nõ operatur: ꝓpter qd̃ abijcientes oẽm ĩmunditiam ⁊ habundantiaz militie: in mãsuetudine suscipite inscitũ v̄buz qd̃ põt saluare aĩas vestras. Alla. ℣. Vado ad eũ q me misit: ⁊ nemo ex vobis interrogat me q̃ vadis. Alla. Surrexit pastor bonus. lxxxj. Scd̃m ioannem. xvj. capitu.

In illo tempore: dixit iesus discipulis suis: Vado ad eũ qui me misit: ⁊ nemo ex vob̃ ĩterrogat me quo vadis. Sed qꝛ hec locutus sum vobis tristitia ĩpleuit cor vestruz. Sed ego veritatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadã. Si eni non abiero paraclitus non veniet ad vos. si autẽ abiero mittã euz ad vos. Et cuz venerit ille arguet mũduz de peccato: ⁊ de iustitia: ⁊ de iudicio. De peccato qdẽ qꝛ nõ credũt in me. De iustitia vero qꝛ ad p̃rem vado ⁊ iã non videbitis me. De iudicio aũt qꝛ princeps mũdi huius iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cuz autez venerit ille spũs veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Non eniz loquet̃ a semetipso: sed q̃cunqꝫ audiet loq̃tur: ⁊ q̃ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. Offer. Jubilate deo vniuersa. xviij. Reqre in dñica.ij. post epiphaniã. Secre.

Deus q nos ꝑ huius sacrificij venerãda cõmercia vnius summeqꝫ diuinitatis ꝑticipes esse fecisti: p̃sta q̃s: vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eã dignis moribus assequamur. Per. Cõ. Cũ venerit paclitus spiritus veritatis ille arguet mundũ de peccato ⁊ de iustitia ⁊ de iudicio: alla alla. Cõplen.

Adesto nobis dñe deus noster: vt ꝑ hec q̃ fideliter sumpsimus ⁊ purgemur a vitijs: ⁊ a periculis oĩb⁹ exuamur. Per. ¶ Feria. iiij.

Fratres: Oẽs ad tessal. v.c. vos filij lucis estis: ⁊ filij dei. Non sumus noctis neqꝫ tenebrarũ. Igit̃ non dormiamus sicut ceteri sed vigilemus ⁊ sobrij simus.

Qui enim dormiunt nocte dormiunt ⁊ qui ebrij sunt nocte ebrij sūt. Nos autem qui diei sumus: sobrij sumus: induti loricaz fidei ⁊ charitatis: ⁊ galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in irā: sed in acquisitionez: per dominū nr̄m iesum xp̄m qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus simul cū illo viuamus: ꝓpter qd̄ ꝯsolamini inuicē: ⁊ edificate alterutruz sicut ⁊ facitis: in chr̄o iesu dn̄o nr̄o. Euāgelium. In illo tēpore respiciens iesus in discipulos suos dixit: pater sancte. lviii Reqre in vigilia palmarū in medio euāgelij. Subleuatis iesus oculis. ¶ Feria sexta ad thessaloni. v. capitu.

Fratres: de tp̄ibus autē ⁊ momentis nō indigetis: vt scribamus vobis: ipsi enī diligenter scitis: qa dies dn̄i sicut fur in nocte ita veniet. Cuz enī dixerint: pax et securitas tūc repētinus eis supueniet interit⁹ sic̄ dolor ī vtero habēt: ⁊ nō effugient. Vos āt frēs nō estz ī tenebris: vt ⁊ vos dies illa tanq̄z fur cōprehendat. Oēs enī vos filij lucis estis ⁊ filij dei. Scd̄m Joannē. xiij. ca.

In illo tp̄e: dixit iesus discipulis suis: Filioli: adhuc modicuz tēpus vobiscum sum. Queritis me ⁊ sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire: ⁊ vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli: si dilectionez habueritis adinuicem. Dicit ei simon petrus: Domine quo vadis? Rn̄dit iesus: Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autez postea. ¶ Domunica quīta Introit⁹.



Ocem iocūditatis annunciate ⁊ audiat̄ all'a: nunciate vsqz ad extremum terre liberauit dn̄s populū suū all'a all'. ps. Jubilate d̄o oīs terra: psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Or̄o.

Deus a quo bona cuncta ꝓcedūt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sūt: ⁊ te gubernante eadem faciamus. Per. Lectio iacobi apostoli. j. ca.

Carissimi: Esto te factores v̄bi: ⁊ nō auditores tm̄: fallentes vosmetipsos: quia siquis auditor est verbi ⁊ non factor: cōparabitur viro consideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Cōsiderauit enim se ⁊ abijt: ⁊ statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege ꝑfecte libertatis ⁊ ꝑmāserit in ea non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse nō refrenās linguā suam: sed seducēs cor suuz huius vana est religio. Religio munda ⁊ īmaculata apud deū ⁊ patrem hec est. Visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ ⁊ īmaculatum se custodire ab hoc seculo. All'a. V̄ vsqz mō non potestis qcq̄z ī noīe meo: petite ⁊ accipietis. All'a. Surrexit

pastor bonus. lxxxi. Scdm ioannez

In illo tpe: dixit iesus xvi.cap. discipulis suis. Amē amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Usqz modo non petistis qcq̄z in nomine meo: petite ⁊ accipietis: vt gaudiuz vestrum sit plenum. Hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora: cum iā non in prouerbijs loq̄r vobis: sed palam de patre annunciabo vobis. Illo die in nomīe meo petetis. Et nūc dico vobis: qꝛ ego rogabo patrē de vobis: ipse eniz pater amat vos: quia vos me amastj ⁊ credidistis: qꝛ a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ veni in mundum. Iterum relinquo mundum: ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palaz loqueris: ⁊ ꝓuerbium nullum dicis. Nunc scimus qꝛ scis oīa: ⁊ non est opus tibi vt quis te īterroget. In hoc credimus: quia a a deo existi. Offerto. Benedicite gētes dño deo nr̄o: ⁊ obaudite vocē laudis eius qui posuit animam meā ad vitaz: ⁊ nō dedit cōmoueri pedes meos: benedictus dñs qui non amouit deprecationē meā ⁊ misericordiā suā a me all̄.

Suscipe domine fidelium preces cum oblatiōibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriā trāseam⁹. Per. Cō. Cantate dño all̄: cātate domino ⁊ bñdicite nomen eius: bene nunciate de die in diem salutare eius alleluia alleluia. Cōplen. Tribue nob dñe celestis mense virtute satiatis: ⁊ desiderare que recta sunt: ⁊ desiderata percipere. p.

¶ In letania maiori. Introitus.



Exaudiuit de tēplo sācto suo vocez meā all̄a: ⁊ clamor me⁹ ī cōspectu ei⁹ ītroiuit in aures ei⁹ all̄a. all̄a. ps. Diligāte dñe virt⁹ mea: dominus firmamētuz meū ⁊ refugium meum. hic non dicitur. Gloria in excelsis. nec Credo. Oratio.

Presta q̄s op̄s deus: vt q in afflictione nr̄a de tua pietate confidimus: cōtra oīa aduersa tua sp ꝓtectiōe m̄uniamur. Lcō iacobi apostoli.v.ca.

Carissimi. Cōfitemini alterutrū pctā vestra: ⁊ orate ꝓ iuicē vt saluemini. Multū enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis ⁊ oratiōe orauit: vt nō plueret sup terrā ⁊ nō pluit annos tres ⁊ mēses sex: ⁊ rursum orauit: ⁊ celū dedit pluuiā: ⁊ terra dedit fructum suum. Siquis errauerit ex vobis a veritate ⁊ conuerterit quis eum scire debet quoniaz qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue: saluabit animam eius a morte: ⁊ operit multitudinem peccatorum. All̄a. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculuz misericordia eius. Scdm lucam. xi.cap.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum: ⁊ ibit ad illum media nocte ⁊ dicet illi: Amice commoda mihi tres panes: qm̄ amicus meus venit de via ad me: ⁊ nō habeo qd̄

ponã ante illum. Et ille deintus respondẽs dicat: noli mihi molestus eẽ: iaz ostiũ clausum est: ⁊ pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere ⁊ dare tibi. Et ille si ꝑseuerauerit pulsans: dico vobis: etsi non dabit illi surgens: eo ꝙ amicus eius sit: ꝓpter ĩprobitatẽ tñ eius surget: ⁊ dabit illi quotquot hz necessarios. Et ego vobis dico: petite ⁊ dabitur vobis: q̃rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet̃ vobis. Omnis enim q petit accipit: ⁊ qui q̃rit inuenit et pulsanti aperiet̃. Quis autez ex vobis patrẽ petit panẽ: nunquid lapidez dabit illi: Aut piscez: nunquid ꝓ pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nũquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quãtomagis pater vester celestis de celo dabit spm̃ bonum petẽtib⁹ se. Offer. Cõfitebor dño nimis in ore meo: ⁊ in medio multoꝝ laudabo eũ q astitit ad dexterã pauꝑis: vt saluaz faceret a ꝑsequẽtib⁹ aĩam meã all̃.

Hec munera q̃s dñe Secreta. ⁊ vincula nr̃e prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis misericordie dona concilient. Per. Prefatio quotidiana. Cõ. Petite ⁊ accipietis: q̃rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ apiet̃ vobis: oĩs eni qui petit accipit: ⁊ q querit iuenit ⁊ pulsanti aperiet̃. all̃a. Cõplẽda.

Vota nostra q̃sumus dñe pio fauore ꝓsequere: vt dũ dona tua ĩ tribulatiõe ꝑcepimus de cõsolatione nr̃a in tuo amore crescam⁹. Per. ¶ In vigilia ascensionis. Introit⁹. Vocẽ iocũditatis. ꝑ totũ Oro.

Presta q̃s op̃s deus: vt illuc nr̃e mẽtis intẽtio quo solẽnitatis venture gloriosus auctor ingressus est semꝑ intẽdat: ⁊ quo fide pergit conuersatione perueniat ꝑ. Ad ephese. iiij. cap.

Fratres: Unicuiqz nr̃m data est gr̃a sz̃ mẽsurã donationis xp̃i ꝓpter qd̃ dicit: Ascendens in altũ captiuam duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Qd̃ aũt ascendit: qd est nisi qr et d̃scendit primum in ĩferiores partes terre. Qui descẽdit ipse est q ⁊ ascendit sup oẽs celos: vt adimpleret oĩa. Et ipse dedit quosdaz qdem apl̃os: quosdam autẽ ꝓphetas: alios vero euangelistas: alios autẽ pastores ⁊ doctores ad ꝯsummationẽ sanctorum in opus ministerij ĩ edificationem corꝑis chr̃i: donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei ⁊ agnitionez filij dei in viꝝ ꝑfectum in mẽsurã etatis plenitudinis iesu christi dñi nr̃i. All̃a. ℣. Oẽs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Euag. Subleuatis iesus ocul̃. lvii Reqre in vigilia palmaꝝ ⁊ finitur. Et ego ad te vẽio. Of. Ascẽdit d̃s ĩ iubilatiõe: ⁊ dñs ĩ voce tube: all̃a all̃a.

Sacrificiũ tibi dñe ꝓ filij tui supplices nũc venerabili ascẽsione deferimus: ꝑsta q̃s: vt ⁊ nos ꝑ ip̃m his sacrosanctis cõmercijs ad celestia cõsurgamus. ꝑ eun. Prefatio. Cõ. Pater cũ essez cũ eis ego seruabã eos quos dedisti mihi all̃. nũc autez ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo alleluia alleluia. Cõplenda.

Tribue q̃s dñe: vt per hec scã

que

que sumpsimus: illuc tendat nostre deuotiõis affectus quo tecũ est nr̃a ſba ieſus xp̃s dñs nr̃. Qui te. ¶ In die scõ fiat pcessio añ missam: vt in pcessionali ponit. Ad missaz. Intr̃.



Iri galilei quid admirami aſpicientes in celuz alr̃a: quéadmoduz vidiſtis euz aſcendẽtez in celũ: ita veniet alr̃. alr̃a. ps. Oẽs gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Oratio.

Oncede q̃s op̃s deus: vt qui hodierna die vnigenitũ tuum redẽptorẽ nr̃z ad celos aſcẽdiſſe credim⁹ ipſi quoqz mente in celeſtibus habitemus. Per eundẽ. que oño ſola Dñr. Lcõ actuz ap̃lorz. j. cap.

Rimũ qdẽ ſmonẽ feci de oibus o theophile: q̃ cepit ieſus facere z docere vſqz i diẽ q̃ p̃cipiẽs ap̃lis p ſpm̃ſcm̃ quos elegit aſſumptus eſt. Quib⁹ z p̃buit ſeipz viuũ poſt paſſionẽ ſuã i multis argumẽtis: p dies q̃dragita apparẽs: eis z loquẽs de regno dei. Et cõueſcẽs p̃cepit eis ab hieroſolymis ne diſcederẽt: ſed expectarẽt pmiſſionẽ p̃ris quã audiſtis iqt p os meũ: q: ioãnes qdez baptizauit aq̃: vos ãt baptizabimini ſpũ ſcõ: nõ poſt multos hos dies. Igit̃ q cõuenerãt interrogabãt eũ dicẽtes: Dñe ſi i tpe hoc reſtitues regnũ iſrl̃? Dixit ãt eis: Nõ ẽ vr̃z noſſe tpa vel momẽta q̃ p̃r̃ poſuit in ſua ptãte: ſz accipietis virtutẽ ſupueniẽtis ſpiritusſcti in vos: z eritis mihi teſtes in hieruſalẽ: z in oi iudea z ſamaria: z vſqz ad vltimum terre. Et cũ hec dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt: z nubes ſuſcepit eum ab oculis eoz. Cunqz intuerent̃ in celũ euntẽ illũ. Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: q z dixerunt: Viri galilei qd ſtatis aſpiciẽtes in celũ: hic ieſus q aſſumptus eſt a vobis in celum ſic veniet quẽadmodũ vidiſtis eum euntẽ in celũ. Alla. ℣. Aſcẽdit deus in iubilatione: z dñs in voce tube. Alla. ℣. Aſcẽdo ad patrez meũ z patrẽ veſtruz: deũ meũ z deũ veſtrũ. Sequẽ.

Ummi triũphũ regis ꝓſequamur laude. Qui celi q terre regit ſceptra inferni iure domito. Qui ſeſe p nobis redimẽdis pmagnũ dedit preciuz. Hic nomẽ extat cõueniẽs iditũ. Nã trãſiliuit oẽs ſtrenue mõtes: colliculoſqz bethel. Saltũ de celo dedit in virginalẽ vẽtrẽ: inde in pelagus ſeculi. Poſtq̃z illud ſuo mitigauit potẽtatu: tetras flegetontis aſſilyt tenebras. Principis illius diſturbato imperio. Maniplis plurimis inde crutis mundũ illuſtrat ſuo iubare. Captiuitatẽqz detẽtã inibi: victor duxit ſecũ. Et rediuiuũ iã ſuis ſe prebuit ſeruis z amicis. Deniqz ſaltũ dederat hodie maximũ: nubeſ poloſqz curſu ꝓpeti trãſuo lans. Celebret ergo populus hũc diez credulus cui⁹ mozbida iditũ corpa ſemetipſo altis ſedib⁹ celi inuexit dei filius. Et tremẽs iudicẽ expectat affuturz: vt duo angeli frẽs docuerũt. Qui ieſus aſſumpt⁹ ẽ a vobis i celũ: ita veniet vt vidiſtis eũ. Tã iditũ nr̃z vocib⁹ ſedulis oẽs iplorem⁹. Qt a dextris

pris q sedet: spũz mittat nobis sanctuz. In fine seculi ipse quoqz semp sit nobiscum. Scdm marcuz. xvj. capitu.

In illo tpe: Recũbẽtibus: vndecim discipulis apparuit illis iesus: ⁊ exprobrauit incredulitatez illorum ⁊ duriciam cordis: qr his q viderant eum resurrexisse non crediderũt: ⁊ dixit eis: Euntes in mundũ vniuersum: pdicate euãgeliũ oĩ creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero non crediderit cõdẽnabitur. Signa aũt eos qui crediderint hec sequentur. In noĩe meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponent: ⁊ bene habebũt. Et quidẽ dñs iesus postq̃z locutus est eis assumptus est in celum: ⁊ sedet a dextris dei. Illi aũt profecti p̃dicauerunt vbiqz dño cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis. Offer. Viri galilei qd admiramini aspiciẽtes ĩ celũ: hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quẽadmoduz vidistis euz ascendentem in celuz alla. Secreta.

Suscipe dñe munera que ꝓ filij tui gloriosa ascẽsione deferimus ⁊ cõcede propitius: vt a presentibus piculis liberemur ⁊ ad vitam pueniamus eternaz. Per eũ. Prefatio. Qui post resur. que p̃fatio dr̃ vsqz ad vigiliã penth. Infra actionẽ. Cõicãtes. ⁊ dr̃ p totã octauaz. Cõ. Psallite dño qui ascendit sup celos celoꝝ ad oriẽtẽ all. Cõplen.

Resta nobis q̃s op̃s ⁊ misericors deus: vt que visibilibus mysterijs sumẽda pcepimus inuisibili consequamur effectu. p. ¶ Feria sexta. Lectio actuũ aploꝝ. iiij. cap.

In diebus illis. Multitudinis credentiũ erat cor vnum ⁊ aĩa vna: nec quisq̃z eoꝝ q̃ possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis oĩa communia: ⁊ virtute magna reddebãt apostoli testimoniũ resurrectiõis dñi nr̃i iesu chr̃i: ⁊ gr̃a magna erat in oĩbus illis. Neqz enim quisq̃z egens erat inter illos. Quot quot eniz erãt possessores agroruz ⁊ domoꝝ vendẽtes: offerebant precia eoꝝ q̃ vendebantur: ⁊ ponebãt ante pedes apostoloꝝ. Diuidebant aũt singulis prout vnicuiqz opus erat. Scdm lucam. xxiiij. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ego mittam promissuz patris mei in vos: vos aũt sedete in ciuitate quoadusqz induamini virtute ex alto. Eduxit aũt eos foras in bethaniã: ⁊ eleuatis manibus suis bñdixit eis. Et factũ est dũ bñdiceret illis recessit ab eis: ⁊ ferebatur in celũ. Et ipsi adorantes regressi sunt in hierl'm cũ gaudio magno: ⁊ erãt sp in tẽplo laudantes ⁊ bñdicentes deũ. ¶ Dñica post ascẽsionẽ. Intr̃.



Exaudi dñe vocẽ meaz q̃ clamaui ad te all. tibi dixit cor meũ q̃siui vultũ tuũ: vultũ tuum dñe requiram: ne auertas faciem tuã a me all. all. ps. Dñs illuminatio mea ⁊ sa-

Olus mea: quem timebo? Ofo. Omnipotēs sempiterne deꝰ: fac nos tibi sp: ⁊ deuotā gerere volūtatem ⁊ maiestati tue syncero corde seruire. ¶ Et fiat cōmēoratio de ascēsiōe. Lepl'e bti petri apli. j. iiij. c

Charissimi: estote prudētes ⁊ vigilate i oronibus añ oia āt mutuā i vob'metipsis charitatē ꝯtinuā hñtes: qꝛ charitas opit multitudinē pctōꝝ. Hospitales inuicem sine murmuratiōe: vnusqsq; enim sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrantes sicut boni dispēsatores multiformis gr̄e dei. Siqs loquitur q̄si sermones dei: siqs ministrat tāq̄ ex virtute quā administrat deus: vt i oibꝰ honorificet̄ ds: p iesuz chr̄m dñm nr̄m. Alla. ℣. Cū aūt venerit ille spūs veritatis docebit vos oēz veritatē: ⁊ q̄ vētura sunt annūciabit vobis. Alla. ℣. Dñs i syna in sctō: ascendēs i altū captiuā duxit captiuitatē. Sequētia. Sūmi triūphuz regis ꝓseq̄. vt supra. Scdz ioā. xv. c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paclitꝰ quē ego mittā vobis a patre spm̄ v̄itatis q a pr̄e ꝓcedit ille testimoniū ꝑhibebit de me: ⁊ vos testimoniū ꝑhibebitꝭ: qꝛ ab initio mecū estis. Hec locutꝰ suz vobis: vt nō scādalizemini. absq; synagogis faciēt vos. Sz venit hora vt oīs q iterficit vos: arbitret̄ obsequiū se p̄stare deo: ⁊ hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini: qꝛ ego dixi vobis. Offer. Lauda anima mea dñz: laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo q̄ꝫdiu fuero alla. Secreta.

Sacrificia nos domine īmolata purificēt: ⁊ mentibus nr̄is sup̄ne gratie dent vigorez. Per. Cō. Pater cū essem. lxxvj. Require i vigilia

Repleti dñe ascēsiōis. Cōplē. muneribꝰ sacris: da q̄s: vt in gr̄aꝝ semper actione maneamus. p. In feriis Gl'ia i excelsis. ⁊ Credo dr̄. ¶ Feria. iiij. ad Hebreos. ij. ca.

Fratres: vidimus iesuz ꝓpter passionē mortis: gl'ia ⁊ honore coronatū: vt gr̄a dei ꝓ oibus gustaret mortē: decebat eniz eū ꝓpter quē oīa ⁊ p quē oīa q multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eoꝝ p passionem cōsummari. Qui eni sanctificat ⁊ q sanctificantur ex vno oēs: propter quā causaz non ꝯfundit̄ fratres eos vocare dicens: Nūciabo nomē tuuz fratribꝰ meis in medio ecclesie laudabo te. Et iteꝝ: Ego ero fidēs in eū. ⁊ iteꝝ: Ecce ego ⁊ pueri mei quos dedit mihi deus: qꝛ ergo pueri cōicauerunt carni ⁊ sanguini: ⁊ ipse similiter participauit hisdē: vt per mortē destrueret eū q habebat mortis imperiū: idest diabolū: ⁊ liberaret eos qui timore mortis per totam vitaz obnoxij erāt seruituti. Nusq̄ enim angelos apprehendit: sed semē habrae apprehendit. Unde debuit p oīa fratribus simulari: vt misericors fieret: ⁊ fidelis pōtifex ad deū: vt repropitiaret delicta ppl'i. In eo enim in quo passus est ipse: ⁊ tentatus est: ⁊ eis qui tentātur auxiliari: vnde fratres sancte vocationis ce-

lestis participes cōsiderate aposto-
luz: ⁊ pōtificē cōfessiōis nr̄e iesum
xp̄m dn̄m nr̄m. Scd̄z lucā. xxiiij.c.

In illo tp̄e: dixit iesus discipu-
lis suis: Ecce ego mittā ꝓmis-
sum patris mei in vos. Vos autez
sedete in ciuitate quoadusqz indua
mini virtute ex alto: eduxit āt eos
foras in bethaniā: ⁊ eleuatis mani-
bus suis benedixit eis. Et factū est
duz benediceret illis: recessit ab eis:
⁊ ī celū ferebat̄: ⁊ ipsi adorātes re-
gresse sunt in hierl̄m cū gaudio ma
gno: ⁊ erāt semp̄ in tēplo laudātes
⁊ bn̄dicētes deū. ¶ In octaua ascē
siōis p̄ oīa: vt ī die sancto. ¶ Feria
vj. fiat officiū de dn̄ica īfra octauaz
per oīa exceptis epistola ⁊ euange-
lio. Ad corīthi. vij. epistole prime.

Frēs: Vnusqsqz in qua voca
tiōe vocatus ē ī ea p̄maneat.
Seruus vocatus es: nō sit tibi cu-
re: sed ⁊ si potes liber fieri magis
vtere: q̄ enī in dn̄o vocatus est ser-
uus: libertus est dn̄i. Similiter qui
liber vocatus est: seruus est christi:
p̄cio enī ēpti estis. Nolite fieri ser-
ui hominū: vnusqsqz in quo voca-
tus est frater: in hoc p̄maneat apud
deum. Scd̄m ioannē. xv. cap̄.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu
lis suis: Si manseritis in me ⁊ ver
ba mea in vobis māserint qd̄cūqz
volueritis petetis ⁊ fiet vobis. In
hoc clarificatus est pr̄ meus: vt fru
ctū plurimū afferatis: ⁊ efficiamini
mei discipuli: sicut dilexit me pater:
⁊ ego diligo vos: manete ī dilectio
ne mea. Si precepta mea seruaueri
tis manebitis in dilectione mea: si-
cut ⁊ ego p̄cepta pr̄is mei seruaui:
⁊ maneo in eius dilectione. Hec lo
cutus sum vobis: vt gaudium me
um in vobis sit: ⁊ gaudium vestrū
impleatur. ¶ In vigilia pēthe. pre-
paret se sacerdos indutus cappa
cum ministris post nonam: ⁊ facta
reuerentia añ altare sedeant in locis
suis. Postea prophetie legantur si
ne titulo. Genesis. xxij. cap̄.

Tentauit deus habraam: ⁊
dixit ad eū: Habraā habraā: at il-
le rn̄dit: assum. Ait illi: Tolle filium
tuū vnigenitū quē diligis isaac: ⁊
vade in terrā visionis: atqz offeres
eū ibi in holocaustū sup̄ vnū mon-
tiū quem monstrauero tibi. Igitur
habraam de nocte ꝯsurgēs strauit
asinū suū: ducens secū duos iuue-
nes: ⁊ isaac filiū suū. Cūqz cōscidis-
set ligna in holocaustū: abijt ad lo-
cū quē p̄ceperat ei deus. Die autem
tertio eleuatis oculis vidit locum
procul: dixitqz ad pueros suos: Ex
pectate hic cum asino: ego ⁊ puer il
luc vsqz properantes: postq̄z adora
uerimus reuertemur ad vos. Tulit
quoqz ligna holocausti: ⁊ imposu
it sup̄ isaac filiū suū: ipse vero porta
bat in manibus ignē ⁊ gladiū? Cū-
qz duo pergerent simul: dixit isaac
patri suo: Pater mi. At ille rn̄dit:
Quid vis fili? Ecce inquit ignis ⁊
ligna: vbi est victima holocausti?
Dixit aūt habraā: Deus prouide-
bit sibi victimaz holocausti fili mi.
Pergebāt ergo pariter: venerūtqz
ad locū quem ostēderat ei deus: in
quo edificauit altare: ⁊ desup̄ ligna
cōposuit. Cūqz colligasset isaac fi-

liũ suum posuit eum in altare super struem lignoꝝ. Extẽditq; manuꝫ ⁊ arripuit gladiũ: vt imolaret filium suum. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicẽs: Habraã habraaꝫ. Qui rñdit: assum. Dixitq; ei: Non extendas manum tuã super pueꝝ: neq; facias illi qcq̃. Nunc cognoui ꝙ timeas dñm: ⁊ non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit habraã oculos suos. Uiditq; post tergũ arietẽ inter vepres herentem cornibus. Quem assumẽs obtulit holocaustum ꝑ filio: appellauitq; nomẽ loci illius: dñs videt: Uñ vsq; hodie dicit̃ in monte dñs videbit. Uocauit aũt angelus domini habraã secundo de celo dicẽs Per memetipsũ iurauí dicit dñs: qꝛ fecisti rez hãc: ⁊ nõ pepcisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: bñdicam tibi: ⁊ multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi: ⁊ velut harenã que est in littore maris: possidebit semen tuũ portas inimicorum suorum: ⁊ bñdicent̃ in semine tuo omnes gẽtes terre: qꝛ obedisti voci mee. Reuersusq; est habraam ad pueros suos abierũtq; bersabee simul ⁊ habitauit ibi. Deide sacerdos dicat. Oremus sine flectamus genua. Oro.

Deus q in habrae famuli tui ope humano generi obediẽtie exẽpla p̃buisti: concede nobis ⁊ nr̃e voluntatis prauitatẽ frãgere ⁊ tuoꝝ p̃ceptoꝝ rectitudinẽ in oĩbus adiplere. ꝑ. Lcõ scda Deut. xxxij. c.

In diebus illis. Scripsit moyses cãticũ: ⁊ docuit filios israel: p̃cepitq; dñs iosue filio nun: ⁊ ait. Cõfortare ⁊ esto robustus: tu enĩ introduces filios israel ĩ terrã quã pollicit⁹ suꝫ tibi: ⁊ ego ero tecũ. Postq̃ ergo scripsit moyses verba legis hui⁹ ĩ volumine atq; cõpleuit: p̃cepitq; leuitis q portabãt archã federis dñi dicens: Tollite librũ istũ: ⁊ ponite illũ ĩ latere arche federis dñi dei vr̃i: vt sit ibi ꝯtra te in testimoniũ. Ego. n. scio cõtẽtionẽ tuã: ⁊ ceruicẽ tuã durissimam adhuc viuẽte me ⁊ ĩgrediẽte vobiscũ semꝑ cõtentiose egistis cõtra dñm: quãto magis cũ mortuus fuero. Cõgregate ad me oẽs maiores natu ꝑ tribus vestras atq; doctores: ⁊ loquar audiẽtibus eis sermões istos: ⁊ inuocabo ꝯtra eos celũ ⁊ terrã. Noui. n. ꝙ post mortẽ meã iniq̃ agetis: ⁊ declinabitis cito de via quã p̃cepi vobis: ⁊ occurrẽt vobis mala in extremo tp̃e qñ feceritis malũ ĩ ꝯspectu dñi: vt irritet̃ eũ ꝑ opa manuũ vr̃arũ. Locut⁹ ẽ ergo moyses audiẽte vniuerso cetu filioꝝ isrl̃ v̄ba carminis huius ⁊ ad finẽ vsq; cõpleuit. Tractus. Attẽde celũ que loquor ⁊ audiat terra v̄ba ex ore meo. ℣. Expectet̃ sicut pluuia eloquiũ meũ: ⁊ descendãt sicut ros v̄ba mea sicut hymber sup̃ gramina. ℣. Sicut nix sup̃ fenũ: qꝛ nomẽ dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinẽ deo nr̃o: deus vera opa ei⁹: ⁊ oẽs vie iudicia. ℣. Deus fidelis ĩ quo nõ ẽ iniqtas iustus ⁊ sanctus dñs. Oratio.

Deus q nobis ꝑ ꝓphetarum ora p̃cipisti tp̃alia reliquere atq; ab eterna festinare: da famulis tuis: vt que a te iussa cognouimus: implere celesti ĩspiratione va

folio.79.

leamus. Per. Lectio.iij. App:ebē dent septē mulieres. Tractus. Vinea fcā. Oro. Deus q nos ad celebrāda festiuitatē. Require ola supra in vigil. paschē. lxxv. L. quarta

Carissime. Obsecro primum oĩum fieri obsecratiões: or̃ones: postulatiões: gr̃aꝝ actiões pro omnib⁹ hoĩb⁹: pro regib⁹ ⁊ oĩbus qui in sublimitate ꝯstituti sũt: vt qetã vitã ⁊ tranqllã agamus in oĩ pietate ⁊ castitate: hoc enĩ bonũ est ⁊ acceptũ corã saluatore nr̃o deo: q oẽs hoĩes vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatꝭ venire. Unus enĩ de⁹: vn⁹ ⁊ mediator dei ⁊ hoĩum: homo chr̃s iesus q dedit redẽptionẽ semet ipsuz pro oĩbus: cuius testimoniũ tpibus suis cõfirmatuz est: in quo posit⁹ sum ego p̃dicator ⁊ apl's. veritatẽ dico nõ mentior doctor gentiũ in fide ⁊ veritate: in christo iesu dño nr̃o. Scdm lucam. x. cap.

In illo tpe. Rñdens iesus dixit: Cõfitebor tibi dñe pr̃ celi ⁊ terre q̃ abscõdisti hec a sapientibus ⁊ ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Etiã pater: q̃ placuit sic ante te. Oĩa mihi tradita sunt a pr̃e meo: ⁊ nemo scit qs sit filius nisi pater: ⁊ qs sit pater nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et cõuersus ad discipulos suos dixit: Beati oculi qui vidẽt que vos videtis. Dico enim vobis q̃ multi ꝓphete ⁊ reges voluerũt videre q̃ vos videtis ⁊ non viderũt: ⁊ audire que auditis ⁊ nõ audierunt. ¶ Feria sexta Lectio iacobi apostoli. scdo capitu.

Charissimi: Quid proderit si fidem quis dicat se habere: opera autẽ nõ habeat. Nunqd poterit fides saluare eũ? Si autẽ frater aut soror nudi sint ⁊ indigeãt victu quotidiano. Dicat aũt aliqs ex vobis illis? Ite in pace calefacimini ⁊ saturamini: non dederitis autem eis q̃ necessaria sunt corpori: quid proderit vobis? Sic ⁊ fides si non habeat opa: mortua est in semetipsa.

Scdm Lucam. xviij. capitu.

In illo tpe. Afferebant ad iesuz paruulos ⁊ infantes vt eos tangeret. Quod dum viderent discipuli increpabant illos. Jesus autem cõuocãs illos dixit: Sinite paruulos venire ad me: ⁊ nolite vetare eos. Taliũ est eniz regnũ dei. amen dico vobis: quicunq; nõ accepit regnuz dei sicut puer non intrabit illud.

¶ Dominica sexta. Introitus.



Dominus fortitudo plebis sue: & protector salutarium christi sui est: saluus fac pplm tuum dñe & benedic hereditati tue & rege eos vsq; in scm. ℣. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: neqndo taceas a me. Deus virtutum cuius Oro. est totū qđ est optimū: insere pectoribus nostris amorez tui nominis: & presta in nobis religionis augmentū: & que sunt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. p. Lcō ad Roma. Fratres: Quicūq; nos.vj.ca. baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti .n. sum⁹ cū illo p baptismū in mortē: vt qūo surrexit xps a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectiōis erimus: hoc sciētes: q; vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra non seruiamus pctō. Qui enī mortuus est: iustificatus est a peccato. Si ăt mortui sumus cū chro. Credimus q; simul ēt viuem⁹ cū chro: scientes q; chs resurgens a mortuis iam non morit̄: mors illi vltra nō dñabit̄. Qđ enī mortuus é peccato: mortuus est semel: q; autem viuit viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse pctō: viuentes autez deo In chro iesu dño nr̄o. Grad. Conuertere dñe aliquantulū & deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factꝰ es nobis a generatione & pgenie. Alla. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex & super salutare tuum exultabit vehemēter. Scōm Illo tpe. Matthēū. v.capi. Dixit iesus discipulis suis: Amē dico vobis: nisi habundauerit iustitia vestra plus qz scribarū & pharisеorū: nō intrabitis in regnuz celorum. Audistis q; dictum est anti quis: nō occides: qui autez occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: q; omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit cōcilio. Qui autē dixerit fatue reꝰ erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare & ibi recordat⁹ fueris: q; frater tuus habet aliquid aduersuz te: relinque ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Offert. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta. Propitiare dñe supplicationibus nr̄is: & has ppli tui oblatiōes benignꝰ assume: & vt nullius sit irrita tuz votū: nullius vacua postulatio: presta qs: vt qđ fideli petimus efficaciter ꝓsequmur. Per dñz. Com. Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo & psalmum dicaz domino. Complēda.

Repleti dñe muneribus tuis: presta quesumus vt t eorum mũdemur effectu t muniamur auxilio. Per. ¶ Feria quarta Lectio ad hebreos. xij. c.

Fratres: Habemus gratiam per quã seruiamus placentes deo cum metu t reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est: charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam: angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanq̃ simul vincti: t laborantium tanq̃ t ipsi in corpore morantes. Honorabile cõnubium in omnibus: t thorus immaculatus: fornicatores autem t adulteros iudicabit deus: Sint mores sine auaricia: contenti presentibus: ipse.n. dixit: non te deserã neq; derelinquã: ita vt cõfidenter dicamus: dñs mihi adiutor est: non timebo qd faciat mihi homo. Mementote ꝓpositoꝝ vestroꝝ: q vobis locuti sunt verbũ dei: quoꝝ intuẽtes exitũ cõuersatiõis imitamini fidez: iesus chr̃s heri t hodie: ipse in scla scloꝝ amen. Scõm marcum. x. capitu.

In illo tpe. Cũ egressus esset iesus in via: pcurrés qdã genuflexo ante eũ rogabat eum dicens Magister bone. Quid faciã vt vitã eternã percipiã. Jesus aũt dixit ei: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus deus. Precepta nosti: ne adulteres: ne occidas: ne furaris: ne falsum testimonium dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem tuũ t matrem. At ille rñdens ait illi: Magister oia hec obseruaui a iuuentute mea. Jesus aũté intuitus eũ dilexit eum t dixit ei: Unum tibi deest. Vade quecũq; habes vende: t da pauperibus t habebis thesaurum in celo: t veni t sequere me.

¶ Feria sexta. Lectio epistole beati Iacobi apostoli. iij. capitulo.

Fratrissimi: Si zelum amarum habetis t contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari t mẽdaces esse aduersus veritatẽ: nõ enim est ista sapientia desursum descẽdẽs a patre luminũ: sz terrena animalis diabolica: vbi enim est zelus t contentio: ibi incõstantia t omne opꝰ prauum. Que autem desursum est sapientia primũ quidez pudica est: deinde pacifica: modesta suadibilis bonis consentiens: plẽa misericordia t fructibus bonis: iudicans sine simulatione: fructus autem iustitie in pace seminatur facientibus

¶ pacem. Scõm marcũ. v. cap.

In illo tpe: Venit iesus in regionem gerasenorum. Et exeunti ei de naui statim occurrit ei de monumentis homo in sp̃u immundo qui domicilium habebat in monumentis: t neq; catbenis iam q̃q̃ eum poterat ligare quoniã sepe compedibus t catbenis vinctus dirupisset catbenas: t compedes comminuisset: t nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumẽtis t in montibus erat: clamans t concidens se lapidibꝰ. Videns aũté iesum a longe: cucurrit t adorauit eum. Et clamans voce magna dixit: quid mihi t tibi iesu fili

dei altissimi: adiuro te p deū: ne me torq̄as. Dicebat āt illi: Exi spūs imū de ab hoīe isto. Et interrogabat eū: Qd tibi nomē ē? Et dixit ei: Legio nomē ē mihi: qr multi sumus. Et de p̄cabat eū multū: ne se expelleret extra regionē. Erat āt ibi circa montē grex porcoꝝ magnꝰ pascēs i agris. Et dep̄cabant eū spūs dicētes: mitte nos in porcos vt i eos itroeamꝰ. Et cōcessit eis stati iesus. Et exeūtes spūs imūdi: itroierūt in porcos. Et magno ipetu grex porcoꝝ p̄cipitatus ē in mare ad duo milia: ⁊ suffocati sunt in mari. Qui āt pascebant eos fugierūt ⁊ nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. Et egressi sunt videre qd eēt factū. Et venerūt ad iesum ⁊ vidēt illū q a demonio vexabat sedentē vestitū ⁊ sane mētis: ⁊ timuerunt. Et narrauerūt illis q viderāt qualiter factū esset ei q demoniū habuerat ⁊ de porcis. Et rogare eū ceperūt vt discederet de finibus eoꝝ. Cūqz ascēderet naui: cepit illū deprecari q a demonio vexatus fuerat vt esset cum illo. Et nō admisit eum: sed ait illi: vade i domū tuā ad tuos: ⁊ annuncia illis quanta tibi dñs fecerit: ⁊ misertus sit tui. Et abijt ⁊ cepit predicare in decapoli: quanta sibi fecisset iesus: ⁊ omnes mirabantur. ¶ Dñica. vij. Introitus.



Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis: ps. Subiecit populos nobis: ⁊ gē

Otes sub pedibus nostris. Oratio. Eus cuius ꝓuidētia i sui dispositiōe nō fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cūcta submoueas: ⁊ omnia nobis profutura concedas. Per. Ad Romanos. vj. c.

FRatres: humanū dico ꝓpter ifirmitatem carnis vestre: Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire imūdicie ⁊ iniqtati ad iniqtatē: ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cū enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructuz habuistis tūc in illis in qbus nūc erubescitis? Nā finis illoruz mors est. Nūc vero liberati a pctō: serui aūt facti deo: habetis fructū vestruz in sanctificationē: finez vero vitam eternā. Stipēdia eni pcti mors: gr̄a aūt dei vita eterna: i chr̄o iesu dño nr̄o. Grad. Venite filij audite me: timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini ⁊ facies vestre nō cōfundētur. Alla. ℣. In te dñe speraui non confundar in eternū in tua iustitia librea me ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuā accelera vt eripias me. Scdz.

IN illo tpe. Cum marcū. viij. c. turba multa esset cum iesu nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis ait illis: misereor sup turbā: qr ecce iam triduo sustinent me: nec habent qd manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā: deficient in via. Quidā eniz ex eis delōge venerūt: Et rñderūt ei discipuli sui: Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: quot

panes habetis? Qui dixerūt. Septē. Et p̄cepit turbe discūbere super terrā. Et accipiēs septem panes gr̄as agens fregit ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent: ⁊ apposuerunt turbe. Et habebant piscículos paucos: ipsos benedixit ⁊ iussit apponi. Et manducauerunt ⁊ saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmētis septem sportas Erāt āt q māducauerāt q̄si quattuor milia: ⁊ dimisit eos. Off. Sicut in holocausto arietū ⁊ thauror̄ ⁊ sicut in milibus agnorum pinguiū: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi: quia non est cōfusio confidentibus i te domine. Secreta.

DEus q legalium differentias hostiar̄ vni⁹ sacrificij pfectiōe sanxisti: accipe sacrificiū a devotis tibi famulis: ⁊ pari b̄dictiōe sicut munera abel sctifica: vt q̄ō singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem: cunctis proficiat ad salutē. Per. Com. Inclina aurem tuaz ac celera vt eruas nos. Complē.

DA nos dñe medicialis opatio ⁊ a nr̄is puersitatib⁹ clemēter expediat ⁊ ad ea q̄ sunt recta pducat. Per. ¶ Fer. iiij. ad Rom. viij. ca.

FRatres: Nihil nūc dānatiōis est his qui sunt in chr̄o iesu: qui nō scōm carnem ambulant: lex enī spūs vite i chr̄o iesu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Nā q̄d impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnē: deus filium suum mittēs in similitudinē carnis pcti: ⁊ de pcō dānauit pctm̄ in carne vt iustificatio legis ipleret in nobis: qui non scōm carnē ambulamus sed scōm spm̄. Qui enim scōm carnem sunt: que carnis sunt sapiūt: q vero scōz spm̄ que sunt spūs sentiunt. Nam prudētia carnis mors est: prudentia āt spūs vita ⁊ pax: in chr̄o iesu dño nr̄o. Scōm matthēū. xvj. cap.

IN illo tpe. Accesserūt ad iesum pharisei ⁊ saducei tētantes: ⁊ rogauerūt eū vt signū de celo ostenderet eis. At ille rndēs ait illis: facto vespe dicitis q: serenū erit: rubicū dū ē. n. celū: ⁊ mane hodie tēpestas: rutilat enī triste celū. Faciē ergo celi diiudicare nostis: signa autem tēpor̄ non potestis scire. Generatio mala ⁊ adultera signū querit ⁊ signum nō dabit ei nisi signū ione pphete. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretū obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini: ⁊ cauete a fermēto phariseor̄ ⁊ saduceor̄. At illi cogitabāt itra se dicentes: Q: panes nō acepimus: sciēs aūt iesus dixit: Quid cogitatis iter vos modice fidei? q: panes nō habetis. Nōdū itelligitis neq; recordamini quinq; panū: ⁊ qnq; miliū hominum ⁊ quot sportas sumpsistis. Quare nō itelligitis: q: nō de pane dixi vobis: cauete a fermento phariseor̄ ⁊ saduceor̄: tūc intellexerūt: q: non dixerit cauendū a fermēto panū: sed a doctrina phariseor̄ ⁊ saduceor̄. ¶ Feria. vj. Iacobi apostoli. iiij. ca.

CArissimi. Subditi estote deo resistite aūt diabolo ⁊ fugiet a vobis: appropinquate deo ⁊ appropinquabit vobis. Emunda

te manus peccatores: ⁊ purificate corda duplices animo. Miseri esto te ⁊ lugete ⁊ plorate. Risus vester ꝯuertetur in luctum ⁊ gaudium vestrum in merorem: humiliamini in conspectu domini ⁊ exaltabit vos.

In illo Scdm mattheū. xij. ca. tpe abijt iesus sabbato per sata: discipuli aūt eius esurientes ceperūt euellere spicas ⁊ manducare: pharisei aūt videntes: dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit dauid quando esurijt: ⁊ qui cum eo erant quomodo itrauerit domū dei ⁊ panes propositiōis comedit quos nō licebat ei edere: neqꝫ his qui cuꝫ eo erant: nisi solis sacerdotibus. Aut nō legistis in lege qꝛ sabbatis sacerdotes i tēplo sabbatū violant ⁊ sine crimine sunt? Dico aūt vobis: qꝛ tēplo maior est hic. Si autē sciretis qd est miam volo ⁊ non sacrificiū: nunqꝫ condemnassetis innocentes.

¶ Dominica octaua. Introitus.



Uscepim⁹ de⁹ misericordiā tuaꝫ in medio templi tui scdm nomen tuuꝫ deus ita ⁊ laus tua in fines terre iustitia plena est dextera tua. ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nr̄i i mōte sancto eius. Oratio.

Largire nobis dñe quesumus semp spirituꝫ cogitandi q̄ recta sunt ꝓpitius ⁊ agendi: vt q sine te esse non possumus: ꝑm te viuere valeamus. Ad romanos. viij. ca.

Fratres: Debitores sum⁹ nō carni: vt scdm carnem viuamus. Si eniꝫ scdm carneꝫ vixeritis moriemini. si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqꝫ eniꝫ spiritu dei agunt̄: hi filij dei sunt. Non eniꝫ accepistis spiritum seruitutis iterū in timore: sꝫ accepistis spirituꝫ adoptionis filiorū dei in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: quod sumus filij dei. Si autē filij dei ⁊ heredes: heredes qdeꝫ dei: coheredes autē chr̄i. Gra. Esto mihi in deum protectorē ⁊ in locū refugij: vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui dñe nō cōfundar in eternuꝫ. Alla. ℣. Oēs gētes plaudite mā:b⁹: iubilate d̄o i voce exultatiōis:

In illo Scdꝫ mattheū. vij. cap. tpe: dixit iesus discipul' suis: Attēdite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouiū intrinsecus autē sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala auteꝫ arbor fructus malos facit. Nō pōt arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Oīs arbor que non facit fructuꝫ bonum excidetur ⁊ in ignē mittet̄: igit̄ ex fructibus eorū cognoscetis eos. Nō oīs qui dicit mihi domīe domine: intrabit in regnū celorum. Sed q facit volūtatē p̄ris mei q in celis ē: ipse itrabit i regnuꝫ celoruꝫ. Offer. Populū humilē saluum faci

es dñe:

es dñe: ⁊ oculos supboꝝ hũiliabis: qm̃
Sqs deus preter te dñe. Secre.
Suscipe dñe munera q̃s que
tibi de tua largitate deferimus: vt
hec sacrosancta mysteria gratie tue
operante virtute presentis vite nos
cõuersatione sanctificent: ⁊ ad gau
dia sempiterna perducant. Per.
Cõ. Gustate ⁊ videte quoniam sua-
uis est dñs: beatus vir qui sperat in eo.
Sit nobis dñe repa- Cõplen.
ratio mentis ⁊ corporis cele
ste mysterium: vt cuius exequimur
actionem sentiamus effectũ. Per.
¶ Feria.iiij.ad Roma.v.ca.
Fratres: Si cũ adhuc pecca-
tores essemus christus pro nobis
mortuus est. Multomagis iustifi-
cati nũc in sanguine ipsius: salui eri
mus ab ira ꝑ ipsum. Si enim cum
inimici adhuc essemus reconciliati
sumus deo ꝑ mortẽ filij eius: multo
magis reconciliati salui erimus in
vita ipsius. Non solũ aũt sed ⁊ glia
mur in deo: ꝑ iesuz chr̃z dñz nr̃m.
In illo tpe: Scd̃z marcũ.ix.c.
Dixit ioãnes ad iesum: Magi
ster vidimus quẽdã in noie tuo eij-
ciẽtẽ demonia q nõ sequit̃ nos: ⁊ ꝓ
hibuimus eũ. Jesus aũt ait: Nolite
ꝓhibere eũ. Nemo est eni qui facit
virtutem in noie meo ⁊ possit cito
male loqui de me. Qui eni nõ ẽ ad
uersus vos pro: vobis ẽ. Quisqs
enim potum dederit vobis calicem
aque frigide in nomine meo quia
chr̃i estis. Amen dico vobis nõ ꝑ-
det mercedẽ suã. Et quisqs scanda
lizauerit vnũ ex his pusillis creden
tibus in me: bonũ est ei magis si cir
cũdaretur mola asinaria collo eius
⁊ in mare mitteretur. Et si scandali-
zauerit te manus tua: abscide illaz:
bonũ est tibi debilẽ introire in vitaz:
q̃z duas manus habentem ire in ge
hennam ignis in extinguibilẽ: vbi
vermis eoꝝ non moritur ⁊ ignis
nõ extinguit̃. Et si pes tuus te scan-
dalizat: amputa illũ: bonum est tibi
claudiũ introire in vitam eternã: q̃z
duos pedes habẽtẽ mitti in gehẽ-
nam ignis inextinguibilis: vbi ver
mis eoꝝ nõ morit̃: ⁊ ignis non exti
guit̃. Qd̃ si oculus tuus scãdalizat
te: eijce eũ: bonũ est tibi luscũ introi-
re in regnũ dei: q̃z duos oculos ha-
bẽtẽ mitti in gehẽnã ignis: vbi ver
mis eoꝝ nõ morit̃ ⁊ ignis nõ extin
guit̃. ¶ Feria.vj.ad Hebreos.iij.c.
Fratres: Uidete ne forte sit in
aliquo vestrum cor maluz in
credulitatis discedendi a deo viuo:
sed adhortamini vosmetipsos per
singulos dies: donec hodie cogno-
minat̃ vt nõ obduretur qs i vobis
fallacia peccati: participes eni chr̃i
effecti sumus: si tamẽ initiũ substan
tie eius vsqz ad finem firmum reti-
neamus in christo iesu domino no
stro. Scd̃m mattheum.xxiij.c.
In illo tpe. Dixit iesus turbis
iudeoꝝ ⁊ p̃ncipibus sacerdotũ: Ue
vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite
qui clauditis regnum celoꝝ añ ho-
mines: vos eni nõ intratis: nec in-
troeuntes sinitis ĩtrare. Ue vobis
scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui co
meditis domos viduaꝝ: or̃ones lõ
gas orãtes: ꝓpter hoc amplius ac
cipietis iudicium. Ue vobis scribe

ꝛ phariſei hypocrite qui circuitis mare ꝛ aridá: vt faciatis vnuꝫ pꝛo ſelitũ: ꝛ cũ fuerit factus: facitis eũ filium gehẽne duplo qꝫ vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis: qcũqꝫ iurauerit per tẽplũ nihil eſt: qui autẽ iurauerit in auro tẽpli debitoꝛ eſt. Stulti ꝛ ceci: qd enim maius eſt aurum: aut tẽplũ qđ ſctificat aurum? Et quicunqꝫ iurauerit in altari nihil eſt. qcunqꝫ aũt iurauerit in dono qđ eſt ſuper illud debet. Ceci: quid enim maius eſt: donuꝫ an altare qđ ſctificat donum. Qui ergo iurat in altari iurat in eoꝛ ꝛ in oĩbus que ſuper illud ſunt. Et quicũqꝫ iurauerit in tẽplo: iurat in illo ꝛ in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in celo: iurat in thꝛono dei ꝛ in eo qui ſedet ſuper eũ. Ve autem vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: qui decimatis mentã ꝛ anetũ ꝛ cyminũ: ꝛ reliquiſtis que grauioꝛa ſunt legis iudiciũ ꝛ miſericoꝛdiam ꝛ fidem: hec opoꝛtuit facere ꝛ illa non omittere.

¶ Dominica non. Introitus.



Ece deus adiuuat me ꝛ dñs ſuſceptoꝛ ẽaie mee auerte mala inimicis meis ꝛ in veritate tua diſperde illos pꝛotectoꝛ meus domine. ℣. Deus in noĩe tuo ſaluũ me fac: ꝛ in virtute tua libera me. ℣ro.

Pateãt aures miſericoꝛdie tue dñe pꝛecibus ſupplicantum: ꝛ vt petẽtibus deſiderata cõcedas: fac eoſ q̃ tibi placita ſunt poſtulare.

Per dñm. Ad corinthios. x. epla. ſ.

Fratres: Nõ ſimus concupiſcẽtes maloꝝ ſicut ꝛ illi cõcupierunt: neqꝫ idolatre efficiamini ſicut qdã ex ipſis quẽadmoduꝫ ſcriptũ eſt: ſedit ppl̃s manducare ꝛ bibere: ꝛ ſurrexerunt ludere. Neqꝫ foꝛnicemur ſicut ꝛ quidaꝫ ex ipſis foꝛnicati ſunt: ꝛ ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tẽtemus chꝛiſtum ſicut quidã eoꝝ tẽtauerũt: ꝛ a ſerpentibus perierunt. Neqꝫ murmuraueritis ſicut qdã eoꝛum murmuraverũt ꝛ perierunt ab exterminatoꝛe. Hec autẽ omnia in figura contingebãt illis: ſcripta ſunt autẽ ad coꝛreptionem noſtram in quos fines ſeculoꝛuꝫ deuenerunt. Itaqꝫ q ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat: tentatio vos non appꝛehendat: niſi humana. Fidelis autem deus eſt qui non patietur vos tentari ſupꝛa id quod poteſtis: ſed faciet cum tẽtatione etiam pꝛouentum vt poſſitis ſuſtinere. Grad. Dñe dñs noſter q̃ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Quñ eleuata eſt magnificẽtia tua ſup celos. Alla. ℣. Eripe me ỏ inimicis meis deꝰ me⁹ ꝛ ab iſurgẽtib⁹ me libera me. Scõz lucã. xvj. c.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo qdã erat diues q habebat villicũ ꝛ hic diffamatus eſt apud illũ q̃ſi diſſipaſſet bona ipſius: ꝛ vocauit illũ: ꝛ ait illi: qd hoc audio de te? Redde rationẽ villicatiõis tue: iaꝫ eni nõ poteris villicare. Ait aũt villicus intra ſe. Quid faciã qꝛ dñs meus aufert a me villicationẽ? fodere

nō valeo: mendicare erubesco: scio qd faciā: vt cū a mot⁹ fuero a villicatiōe recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaqz singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quātū debes dño meo: At ille dixit: Cētū cados olei. Dixitqz illi. Accipe cautionē tuā ⁊ sede cito scribe qnq̄ginta. Deinde alio dixit: Tu v̄o quātū debes? Qui ait. Cētū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniqtatis qr prudēter fecisset: qr filij huius scli prudētiores filijs lucis in generatiōe sua sunt: ⁊ ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iniqtatis: vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. Offer. Iustitie dñi recte letificātes corda ⁊ dulciora super mel ⁊ fauum nā ⁊ seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Concede nobis hec q̄s dñe digne frequentare mysteria: qr quotiens huius hostie cōmemoratio celebrat̄ opus nostre redemptionis exercet̄. Cōmu. Primum querite regnum dei ⁊ omnia adijciētur vobis dicit dominus. Cōplen.

Ui nobis dñe cōio sacramēti ⁊ purificationē cōferat: ⁊ tribuat vnitatē. Per. ¶ Feria.iiij.ad romanos.vj.c.

Fratres: Nescitis qm̄ cui exhibetis vos seruos ad obediēdum: serui estis eius cui obedistis siue pcti in mortem siue obeditiōis ad iustitiā. Gr̄as āt deo qꝫ fuistis serui peccati obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis: liberati autez a peccato serui facti estis iustitie: in christo iesu dño nr̄o. Scōm lucā. xvj.cap.

In illo tpe. di.ie.d.s. Qui fidelis ē in minimo: ⁊ in maiori fidelis est. ⁊ qui in modico iniquus est ⁊ in maiori iniquus ē. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuistis qd̄ verꝫ est? qs credet vobis: Si in alieno fideles nō fuistis: quod vestrum: est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dñis seruire. Aut eniz vnū odiet ⁊ alterꝫ diliget: aut vni adherebit ⁊ alterꝫ cōtēnet. Non potestis deo seruire ⁊ māmone: audiebant autez hec oīa pharisei q erant auari ⁊ deridebant eū. Et ait illis: Uos estis qui iustificatis vos coraz hoībus deus autem nouit corda vr̄a: qr qd̄ hominibus altū est: abhoīatio est ante deuz. ¶ Feria.vj. Lectio epl̄e beati petri apostoli. iiij.cap̄. epl̄e prime.

Carissimi: Nolite peregrinari a dño in feruore q ad tentationē vobis sit: q̄si noui vobis aliqd ꝯtingat sed cōicātes xp̄i passiōibus gaudete: vt ⁊ in reuelatiōe glorie eius gaudeatis exultātes. Si ex probramini in noīe xp̄i btī eritis: qm̄ qd̄ est honoris ⁊ glorie ⁊ virtutis dei ⁊ q est eius sp̄us sup quos requiescet. Scōm lucam.xj.cap̄.

In illo tpe. Rogabat iesuz quidam phariseus vt pranderet apud se. Jesus autem ingressus recubuit. Phariseus aūt cepit intra se reputans dicere: Quare nō baptizatus esset ante prādiū ⁊ ait dñs ad illuz? Nunc vos pharisei: qd̄ deforis est calicis ⁊ cathini mundatis. qd̄ aūt intus est vr̄m: plenum est rapina ⁊

iniqtate. Stulte: nõne q fecit quod deforis est: ét id qd deintus est fecit? Verũtñ: qd supest date elemosynã. Et ecce oĩa mũda sunt vobis. Sed ve vobis phariseis qui decimatis mẽtã ⁊ rutã: ⁊ oẽ olus: ⁊ p̃teritis iudiciũ ⁊ charitatẽ d̃i. Hec ãt oportuit facere ⁊ illa nõ omittere. Ve vobis phariseis qui diligitis primas cathedras in synagogis ⁊ salutationes in foro. Ve vobis qꝛ estis vt monumenta que nõ parẽt: ⁊ hoĩes ambulãtes supra: nesciũt. Rñdẽs ãt qdã ex legispitis ait illi: Magr̃ hec dicẽs ẽt ꝯtumeliã nobis facis. At ille ait: Et vobis legispitis ve: qꝛ oneratis hoĩes oneribus q̃ portare nõ pñt: ⁊ ipsi vno digito vr̃o nõ tangitis sarcinas. ¶ Dñica.x. Introitus



Cum clamarẽ ad dñz exaudiuit vocem meã ab his q appropinquãt mihi et humiliauit eos q est ante scl̃a ⁊ manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ ĩ dño ⁊ ipse te enutriet. ps. Exaudi deꝰ orõnẽ meã: ⁊ ne despexeris deprecationem meam. Oro

Deus q oĩpotẽtiã tuã parcendo maxĩe ⁊ miſando manifestas: multiplica sup nos gr̃am tuam: vt ad tua ꝓmissa currentes celestium bonoꝝ facias esse consortes. Per.

Ad corinthios.xij.epistole.j.

Frẽs: Scitis qm̃ cũ gẽtes essetis ad simulacra muta prout ducebamini eũtes. Jõ notũ vobis facio q̃nemo in spũ dei loquẽs dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus nisi in spũscõ. Diuisiões v̄o gr̃aꝝ sunt: idẽ aũt spũs. Et diuisiones ministrationũ sunt: idẽ aũt dñs. Et diuisiones opationũ sunt: idẽ v̄o deus q opat̃ oĩa in oĩbus: vnicuiqꝫ ãt dat̃ manifestatio spũs. ad vtilitatẽ: alij qdẽ dat̃ p spm̃ sermo sapientie: alij aũt sermo scientie ſm eũdem spm̃ alteri fides in eodẽ spũ: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij opatio virtutũ: alij prophetia: alij discretio spirituũ: alij genera linguarũ: alij ĩterpretatio sermonũ. Hec aũt oĩa operatur vnus atqꝫ idẽ spũs: diuidẽs singulis ꝓut vult. Grad. Custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alaꝝ tuarum ꝓtege me. ℣ De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat: oculi tui videãt equitatẽ. Alł. ℣. Te decet hymnꝰ deus ĩ sion ⁊ tibi reddet̃ votũ in hierl̃z. Scõm lucã. xix.c.

In illo tpe: Cũ appropinquaret iesus hierl̃m vidẽs ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs: Quia si cognouisses ⁊ tu ⁊ quidẽ in hac die tua q̃ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: qꝛ venient dies in te ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ circundabunt te ⁊ coangustabunt te vndiqꝫ: ⁊ ad terraꝫ prosternent te ⁊ filios tuos qui in te sunt: ⁊ nõ relinquẽt in te lapidẽ super lapidem: eo ꝙ nõ cognoueris tempus visitatiõis tue: ⁊ ingressus in tẽplũ cepit eijcere ementes ⁊ vendentes in illo dicẽs illis: Scriptuꝫ est: qꝛ domus mea domus oratiõis est: vos autem fecistis illam speluncam latronuꝫ. Et quotidie erat do-

cens in tẽplo. Offe. Ad te dñe leua ui aĩam meã deus meus ĩ te cõfido nõ erubescã: neqꝫ irrideãt me inimici mei: et enĩ vniuersi q te expectãt nõ ꝯfũdẽt.

Tibi dñe sacrificia dicãda reddantur accepta q̃ sic ad honorẽ noĩs tui deferẽda tribuisti: vt eadem remedia nr̃a fieri prestares. Per do. Com. Acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes ⁊ holocausta super altare tuũ dñe. Cõpl.

Quesumus dñe deus noster: vt quos diuinis nõ desinis repare sacramẽtis: tuis nõ destituas benignus auxilijs. ¶ Feria q̃rta ad corinthi.xv.c.j.

Fratres: Nõ oĩs caro eadẽ caro: sꝫ alia hoĩum alia pecoꝝ: alia volucrũ: alia autem pisciuꝫ. ⁊ corpa celestia ⁊ corpa terrestria: sꝫ alia qdem celestium gl̃ia: alia aũt terrestriũ: alia claritas solis: alia claritas lune: alia claritas stellaruꝫ. Stella enim a stella differt in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Seminatur ĩ corruptiõe: surget in ĩcorruptione. seminat̃ ĩ ignobilitate: surget in gloria. seminat̃ ĩ ĩfirmitate: surget in virtute. seminat̃ corpus aĩale: surget corpus spiritale. si est corpus aĩale: est ⁊ spiritale: sicut scriptũ est: factus est primus homo adã ĩ aĩaꝫ viuẽtẽ: nouissimus adaꝫ in spm̃ viuificãtẽ: sꝫ nõ prius qd̃ spiritale est: sed quod aĩale: deinde qd̃ spiritale ĩ chr̃o iesu domĩo nostro.

In illo tpe: Scd̃m lucã.xxj.c. rñdẽs iesus dixit discipulis suis: Cũ videritis hierusalẽ circũdari: tũc scitote qa appropinq̃bit desolatio eius. Tũc q in iudea sunt fugiant in mõtes: ⁊ q ĩ medio ei⁹ discedãt: ⁊ q in regionib⁹ nõ ĩtrent in eã: qꝛ dies vltionũ hi sunt: vt ĩpleãtur oĩa q̃ scripta sunt. Ue autẽ p̃gnantibus in illis dieb⁹ ⁊ nutriẽtib⁹. Erit eniꝫ pressura magna sup terrã ⁊ ira ppl̃o huic: ⁊ cadent in ore gladij: ⁊ captiui ducent̃ in oẽs gentes: ⁊ hierusaleꝫ calcabit̃ a gentib⁹ donec impleant̃ tpa nationũ. Et erunt signa ĩ sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ ĩ terris p̃ssura gẽtium p̃ ꝯfusione sonit⁹ maris ⁊ fluctuũ: arescẽtibus hoĩbus preti more ⁊ expectatione q̃ supuenient vniuerso orbi. ¶ Fer̃. sexta ad collossẽses.j.c.

Frẽs: Cũ esset̃ ali qñ alienati ⁊ inimici sensu in opib⁹ malis: nũc autẽ recõciliauit vos chr̃s ĩ corpe carnis eius p mortẽ exhibere vos scõs: ⁊ ĩmaculatos: ⁊ irrep̃hẽsibiles corã ipso: si tñ permanetis ĩ fide fundati ⁊ stabiles ⁊ ĩmobiles a spe euãgelij qd̃ audistis: qd̃ p̃dicatũ est in vniuersa creatura q̃ sub celo ẽ. Cuius factus sum ego minister: q nũc gaudio ĩ passionib⁹ ꝓ vobis: ⁊ adipleo ea q̃ desũt ĩ passionib⁹ chr̃i in carne mea ꝓ corpore eius: qd̃ est eccl̃ia cuius fact⁹ suꝫ minister: In chr̃o iesu domĩo nr̃o.

In illo tpe: di Scd̃ꝫ lucã.xxj.c. xit iesus discipulis suis: Attendite vobis ne forte grauent̃ corda vr̃a ĩ crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite: ⁊ supueniat ĩ vos repẽtina dies illa. Tanq̃ꝫ laq̃us enĩ supueniat in oẽs q sedẽt sup faciem oĩs terre. Uigilate itaqꝫ omni tpe: orantes vt digni habeamini fugere ista omnia q̃ vẽtura sunt: ⁊ stare ante filiuꝫ

hominis. ¶ Dñica.xj. Introitus.



Deus in loco scto suo: deꝰ q habitare facit vnanimes i domo ipse dabit virtutez ⁊ fortitudinez plebi sue. ℘s. Exurgat deꝰ ⁊ dissipẽtur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eum a facie eius. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: q abundãtia pietatis tue ⁊ merita supplicuz excedis ⁊ vota: effũde super nos misericordiã tuã: vt dimittas que conscientia metuit: ⁊ adijcias quod oro non presumit. per do. Lectio ad corinthios.xv. eple prime.

Fratres: Notuz vobis facio euãgeliũ qđ predicaui vobis qđ ⁊ accepistis i quo ⁊ statis: p qđ ⁊ saluamini: q̃ rõne predicaueri vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis qđ ⁊ accepi: quoniã christꝰ mortuus est p peccatis nostris scõz scripturas: ⁊ qz sepultus est: ⁊ qz surrexit tertia die scõm scripturas: ⁊ quia visus est cephe ⁊ post hec vndecim: deide visus é plus q̃z qngentis fribus simul ex q bus multi manẽt vsq ad huc: quidã aũt dormierũt: deide visus est iacobo: deide aplis omnib⁹. Nouissime aũt omniũ tanq̃z abortiuo: visus é ⁊ mihi. Ego enim sum minimus aplorũ q non sum dignꝰ vocari aplus: qm̃ psecutꝰ sum ecclesiam dei. Gra aũt dei sum id qđ sum: ⁊ gra ei⁹ in me vacua non fuit. Gra. In deo sperauit cor meũ ⁊ adiutꝰ sum ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea ꝓfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui deꝰ meꝰ ne sileas: ne discedas a me. Alla. ℣. Attẽdite pple meꝰ legẽ meam: inclinate aurẽ vestrã i vba oris mei.

In illo tpe: Scõz lucã.xviij.ca. dixit ihesus ad quosdã qui in se ꝓfidebãt tanq̃z iusti ⁊ aspernabãt ceteros parabolam istam dicẽs. Duo homines ascẽderũt i tẽplum vt orarent: vnus phariseus ⁊ alter publicanꝰ: phariseus stãs: hec apud se orabat Deus gras ago tibi: quia nõ sum sicut ceteri hominũ: raptores: iniusti adulteri: velut etiã hic publicanus. Jeiuno bis i sabbato: decimas do omnium q̃ possideo: ⁊ publicanus a lõge stans nolebat nec oculos ad celũ leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: deus propitiꝰ esto mihi pctõri. Amen dico vobis: descẽdit hic iustificatus i domum suã ab illo: qz oĩs q se exaltat humiliabit ⁊ qui se humiliat exaltabit: Off. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te ⁊ sanasti me. Secre.

Respice q̃s dñe ad nostrã ppitius seruitutẽ: vt hoc qđ offerimus sit tibi munꝰ acceptus sit nr̃e fragilitati subsidiũ. p. Cõ. Honora dñm de tua substantia ⁊ de primitijs frugum tuarũ: vt impleant̃ horrea tua saturitate ⁊ vino torcularia redũdabũt. Cõpl.

Sentiamꝰ dñe q̃s: tui perceptione sacramẽti subsidiũ mẽtis ⁊ corporis: vt in vtroq̃ saluati celestis remedij plenitudine gloriemur. Per. d. ¶ Feria q̃rta Lectio ad corinthios.vj. cap. eple prime.

FRatres: Nescitis qñ corpora vestra mẽbra sũt chri. Tollẽs ergo mẽbra chri faciã mẽbra meretricis: Absit: an nescitis qñ qui adheret meretrici vnũ corp9 efficitur? Erunt inquit duo i carne vna: qui aũt adheret dño: vnus spũs ẽ: fugite fornicationẽ. Oẽ enim peccatum qcũqz fecerit hõ extra corpus ẽ: q aũt fornicat in corpus suũ peccat. An nescitis qñ mẽbra vra tẽplum sunt spũssancti q i vobis ẽ: quẽ habetis a deo & nõ estis vestri. Empti enim estis pcio magno: glificate ergo & portate deũ i corpe vro. Euã. Qui nõ ẽ mecũ cõtra me ẽ. Reqe. feria.iiij.post.lx.fo.xxij. ¶ Fer. vj. Lcõ ad corinthios .ix.ca.eple prime.

FRatres: Cum liber essẽz ex oibus: oium me seruum feci: vt plures lucrifacerẽz: factus sum iudeis tanqz iudeis: vt iudeos lucrarẽ: his qui sub lege sunt quasi sub lege essem: cũ ipse non essem sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrifacerẽz: his qui sine lege erant tanqz sine lege essem: cum sine lege dei non essẽz: sed in lege essem chisti: vt lucrifacerem eos qui sine lege erant: factus sum infirmis infirmus vt infirmos lucrifacerẽ: omnibus omnia factus sum: vt oẽs facerem saluos: oia aũt facio ppter euangeliũ vt particeps eius efficiar. Euãgeliũ. Interrogatus iesus a phariseis qñ venit. Reqe feria.vj.post dñicam.lx.fo.xxij.



¶ Dñica.xij. Introit9. Eus in adiutoriũm meum intẽde: domine ad adiuuandum me festina: cõfundantur & reuereantur inimici mei qui querunt animam meaz. ps. Auertantur retrorsum & erubescant qui cogitant mihi mala. Oratio.

OMnipotẽs & misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur: tribue quesumus nobis: vt ad tuas promissiones sine offensione curramus. Per dominum nostruz. Ad corinthi.ca.iij.ij.

FRatres: Fiduciam talem habemus per christum ad deum: non q sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera sz spiritu: littera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel in faciez moysi propter gloriaz vultus eius que euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multomagis habundat ministerium iustitie in gloria. Grad. Benedicaz dño in oi tpe: semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur aia mea: audiant mansueti & letent. Alł. ℣. Exultate deo adiutori nro iubilate deo iacob: sumite psalmuz iocũdũ cũ cithara. Scõm marcũ.vij.c. IN illo tpe: Exiens iesus de finibus tyri: venit per sydonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ & mutũ: & deprecabantur eũ

vt imponat illi manū. Et apprehendens eū de turba seorsuz misit digitos suos in auriculas eius: ⁊ expuens tetigit linguā eius: ⁊ suspiciēs in celuz ingemuit. ⁊ ait illi: Effeta: qđ est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius ⁊ solutū est vinculū lingue eius: ⁊ loq̄batur recte. ⁊ p̄cepit illis ne cui dicerent: Quanto autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabant: ⁊ eo amplius admirabātur dicentes: Bñ omnia fecit: ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loqui. Offe. Precatus ē moyses in cōspectu dñi đi sui: ⁊ dixit p̄cat⁹ ē moyses in cōspectu dñi dei sui: ⁊ dixit: quar̄ dñe irasceris in ppl̄o tuo parce ire animi tui. memēto habraā isaac ⁊ iacob q̄bus iurasti dare terrā fluentē lac ⁊ mel ⁊ placatus factus ē dñs de malignitate

Hquā dixit facere ppl̄o suo. Sec̄. Hostias q̄s dñe ꝓpitius intēde: q̄s sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiēdo tuo noī dent honorem. Per. Cō. De fructu operꝝ tuorꝝ dñe satiabit̄ terra vt educas panē đ terra ⁊ vinū letificet cor hoīs: vt exhilaret faciē in oleo: ⁊ panis

Vcor hominis cōfirmet. Cōplē. Viuificet nos q̄s dñe huius participatio sancta mysterij: ⁊ pariter nobis expiationē tribuat ⁊ munimen. Per. ¶ Feria. iiij. Lectio

Ad corinthi. iiij. epistole scđe. Fratres: Nō p̄dicam⁹ nosmet ipsos: sed iesum chr̄m dñm nr̄m: nos aūt seruos vr̄os per christuz iesum: qm̄ deus q dixit de tenebris lucē splēdescere q illuxit in cordibus nr̄is: ad illuminationē scientie claritatis dei i facie iesu christi. Habem⁹ aūt thesaurū istū in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei ⁊ non ex nobis. In oībus tribulationem patimur: sed nō angustiamur. aporiamur: sed non destituimur. persecutionem patimur: sed non derelinquimur. humiliamur: sed non confundimur. deijcimur sed non perimus: semꝑ mortificationez iesu in corpore nr̄o circumferētes: vt ⁊ vita iesu in corporibus nostris manifestetur. Scđz mattheū. ix. ca.

In illo tpe: Trāseūte iesu secuti sunt eū duo ceci clamātes ⁊ dicentes: Miserere nr̄i fili dauid. Cuz āt venisset domū accesserunt ad eū ceci. Et dicit eis iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Utiqz dñe. Tūc tetigit oculos eorū dicens: scđm fidem vestraz fiat vobis. Et aperti sunt oculi eoruz ⁊ cōminatus est eis iesus dicēs: Uidete ne qs sciat. Illi aūt exeuntes: diffamauerūt eū in tota terra illa. Egressis aūt illis: ecce obtulerunt ei hoīez mutū demonium habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus: ⁊ mirate sunt turbe dicentes: Nunq̄z apparuit sic in israel. Pharisei aūt dicebant: In principe demonioruz eijcit demonia. Et circuibat iesus ciuitates oēs ⁊ castella: docēs in synagogis eorꝝ: ⁊ p̄dicans euangelium regni: ⁊ curās oēz lāguorē ⁊ oēz infirmitatē. ¶ Fer̄. vj. ad corīthi. x. c.

Frēs: Fugite ab idolorꝝ cultura: vt prudētibus loquor: vosipsi iudicate qđ dico. Calix bñdictiōis cui bñdicimus: nōne cōica

tio sanguinis xpi est: Et panis quē frāgimus nōne pticipatio corporis dñi ē: Qñ vnus panis ⁊ vnū corp⁹ multi sum⁹: oēs q de vno pane ⁊ de vno calice participamus: in chr̄o iesu dño nr̄o. Scōm matthēū. xj.c.

In illo tpe: Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in qbus facte sunt plurime virtutes eius: quia nō egissent penitentiā. Ue tibi corozaim: ve tibi bethsaida: qr si in tyro ⁊ sydone facte essent virtutes q̄ facte sunt in vobis: olim in cilicio ⁊ cinere penitentiā egissent. Uerūtamē dico vobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu capharnaū: nūqd vsq; in celum exaltaberis vsq; in infernum descendes: qr si ⁊ sodomis facte essent virtutes q̄ facte sunt in te: forte mānsissent vsq; in hanc diem: verumtamen dico vobis: qr terre sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ vobis. ¶ Dominica. xiij. Introitus.



Espice dñe in testamentū tuū: ⁊ aias paupex tuorū ne derelinq̄s in finē exurge domine ⁊ iudica causam tuam: ⁊ ne obliuiscaris voces querētiū te. ℣. Ut qd deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue? Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis fidei: spei ⁊ charitatis augmentū: ⁊ vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas. iij. cap.

Fratres: Habrae dicte sunt promissiones: ⁊ semini eius. Nō dicit: ⁊ seminibus q̄si in multis: sz q̄si in vno: ⁊ semini tuo: q est chr̄s. hoc āt dico testamētū cōfirmatū a deo: q̄ post q̄dringētos ⁊ trigita annos facta est lex: non irritū facit ad euacuādā ꝓmissionem. Nam si ex lege esset hereditas: iam non ex ꝓmissiōe: habrae āt p repromissionez dōauit deus: Quid igit̄ lex propter transgressionē posita est donec veniret semē cui ꝓmiserat: ordinata p angelos in manu mediatoris: mediator aūt vnius non est: deus āt vnus ē: lex ergo aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si enim data esset lex q̄ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura oia sub peccato: vt ꝓmissio ex fide iesu chr̄isti daret credentibus. Grad. Respice dñe in testamētuz tuū ⁊ aias paupex tuorū ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica causaz tuā: memor esto obprobrij seruorū tuorū. Alleluia. ℣. Dñe deus salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te. Scōz luc. x.c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis: Beati oculi qui vidēt que vos videtis: dico enim vobis: q̄ multi reges ⁊ prophete voluerūt videre que videtis ⁊ non viderūt: ⁊ audire que auditis: ⁊ non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit: tentans illū ⁊ dicens: magister: quid faciendo vitam eternā possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est: Quō legis? Ille rñdens dixit: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex to

ta aia tua: ⁊ ex oibus viribus tuis: ⁊ ex oi mẽte tua: ⁊ proximũ tuuz sicut teipsuz. Dixitqz illi: Recte respõdisti. Hoc fac ⁊ viues. Ille autẽ volens iustificare seipsum dixit ad ieſuz. Et quis est meus ꝓximus: Suspiciés autẽ ieſus dixit: Hõ quidaz descẽdebat ab hierusalem in hierichо: ⁊ incidit in latrones. Qui etiã despoliauerunt euz. Et plagis ꝓpositis abierũt semiuiuo relicto. Accidit autẽ vt sacerdos quidaz descenderet eadem via: ⁊ viso illo ꝓteriit. Similiter ⁊ leuita cũ esset secus locum ⁊ videret eum pertrãsijt. Samaritanus autem quidã iter faciẽs venit secus eum: ⁊ vidés eũ misericordia motus est: ⁊ appropriãs alligauit vulnera eius infundens oleum ⁊ vinum: ⁊ iponés illũ i iumentũ suũ: duxit in stabulũ: ⁊ curaz eiꝰ egit. Et altera die protulit duos denarios ⁊ dedit stabulario et ait: Cura illius habe: ⁊ quodcũqz supererogaueris: ego cum rediero reddã tibi. Quis horum trium videtur tibi ꝓximus fuisse illi q incidit i latrones? At ille dixit: Qui fecit miaz i illum: Et ait illi ieſus: Vade ⁊ tu fac silr. **Off.** In te spaui dñe. dixi tu es deus meus: i manibꝰ tuis tẽpora mea.

PRopitiare dñe pplo tuo: ꝓpitiare muneribus: vt hac oblatiõe placat⁹ ⁊ idulgẽtiã nobis tribuas ⁊ postulata ꝓcedas. p. **Cõ.** Panez de celo dedisti nobis dñe habẽtem omne delectamẽtum: ⁊ oẽm sapozem suauitatis. **Oratio.**

SUmptis dñe celestibꝰ sacramẽtis ad redẽptiõis eterne qs ꝓficiamus augmẽtũ. p. **Feria.iiij.** ad corithios. v. epiſtole secũde.

FRés: Scimꝰ qm si terrestris domus nra huiꝰ habitatiõis diſſoluatur: q edificationez ex deo habemus domũ nõ manufactã: ſz eternã i celis. Nã ⁊ in hoc ígemiſcimꝰ habitationẽ nostrã q̃ de celo ẽ superindui cupiẽtes: si tamen vestiti ⁊ non nudi inueniamur. Naz ⁊ q sumus i hoc tabernaculo ingemiſcimꝰ granati: eo. quod nolumus expoliari sed superuestiri: vt absorbeatur qõ mortale est a vita. Qui autem efficit nos: in hoc ipsuz deus qui dedit nobis pignus spũs. Audiẽtes igit̃ semp ⁊ scientes: qm dũ sumꝰ i corpore pegrinamur a dño: p fidẽ eni ambulamus ⁊ non p speciẽ: audemus aũt ⁊ bonã volũtatẽ: habemꝰ magis pegrinari a corpe ⁊ ꝑsentes eẽ ad deũ. ⁊ ideo ꝓtẽdimus siue absentes: siue pñtes placere illi. Oẽs eni nos manifestari oportet añ tribunal chr̃i vt referat vnuſqſq ꝓpria corporis ,put gessit siue bonuz siue malũ. Sciẽtes ergo timorẽ dñi: hoibꝰ suadem⁹: deo aũt mãifesti sumꝰ. Spoãt ⁊ i ꝓsciẽtijs vr̃is manifestos nos eẽ p ieſuz chr̃istũ dominuz nr̃m. **Scõm matthẽũ. xij. capi.**

IN illo tpe. Abeuntes pharisei ꝓciliũ fecerũt aduersus ieſum qõ eũ pderẽ. Jeſus aũt sciẽs recesſit ide. ⁊ secuti sunt eum multi ⁊ curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestuz eũ facerẽt: vt adimpleretur qõ dictum ẽ p esaiã pphẽtã dicẽtez: Ecce puer meus quẽ elegi: dilectꝰ meꝰ i quo bene complacuit aie

mee: ponaz spm̄ meū sup eū: ⁊ iudicium meū gētib⁹ nūciabit. Nō ꝯtēdet: neqz clamabit neqz audiet aliqs in plateis vocē eius: arundinez quassatam nō ꝯfriget ⁊ linum fumigās nō extinguet: donec eijciat ad victoriam iudiciū: ⁊ in noīe ei⁹ gētes sperabūt. ¶ Feria sexta ad thessalonicenses.iij.epistole p̄me.

Fratres: quā gr̄aruz actionez possumus deo retribuere pro vob̄ i omni gaudio quo gaudemus ꝓpter vos añ deuz nostruz die ac nocte abūdatius orātes vt videamus faciē vestrā vt cōpleamus ea que desunt fidei vestre. Ipse aūt deus ⁊ pr̄ nr̄ ⁊ dñs iesus chr̄s dirigat viā nostrā ad vos. vos aūt dñs multiplicet: ⁊ abūdare faciat charitatem in inuicē ⁊ in oēs: quēadmodū ⁊ nos in vobis ad cōfirmāda corda vr̄a sine q̄rela in sanctitate añ deuz ⁊ patrez nostrū i aduētu dñi nostri iesu christi cū oībus sanctis eius: amē.

In illo tpe: Scd̄z lucā.xiij.ca. ibat iesus ꝑ ciuitates ⁊ castella docēs ⁊ iter faciēs i hierl̄m ait aūt illi qdaz: Dñe: si pauci sunt q saluātur ipe aūt dixit ad illos. Cōtendite itrare ꝑ angustā portā: qa multi dico vobis q̄rūt itrare ⁊ non poterūt. Cū aūt itrauerit pr̄familias: ⁊ clauserit ostiū ⁊ icipietis foris stare ⁊ pulsare hostiū dicentes dñe aperi nob̄: ⁊ rñdens dicet vobis: Nescio vos vñ sitis: tūc icipietis dicere māducauim⁹ ⁊ bibim⁹ corā te: ⁊ i plateis nostris docuisti. ⁊ dicet vobis: Nescio vos vñ sitis: Discedite a me oēs opa rij iniquitatis in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū: cū videritis habraā ⁊ isaac ⁊ iacob ⁊ oēs prophetas in regno dei: vos autē expelli foras: ⁊ veniēt ab oriēte ⁊ occidente ⁊ aqlone ⁊ austro: ⁊ accūbent in regno dei. ¶ Dominica.xiiij. Introi.



Rotector noster aspice deus ⁊ respice i faciē chr̄i tui: qr melior est dies vna i atrijs tuis super milia. ps. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit: ⁊ deficit aīa mea in atria dñi.

Custodi quesum⁹ dñe Oro. ecclesiam tuam propitiatiōe ꝑpetua: ⁊ quia sine te labit̄ humana mortalitas: tuis semp auxilijs ⁊ abstrahatur a noxijs: ⁊ ad salutaria cūcta dirigat̄.p. Ad galathas.v.c.

Fratres: Spū ambulate ⁊ desideria carnis non ꝑficietis. Caro eni concupiscit aduersus spiritū: spiritus aūt aduersus carnez. Hec eniz sibi inuicez aduersantur: vt nō q̄cūqz vultis illa faciatis. Qd̄ si spū ducimini: non estis sub lege Manifesta aūt sunt opa carnis: q̄ sunt fornicatio: īmundicia: luxuria: idolorū seruitus: veneficia: inimicitie: contentiones: emulationes: ire: rixe: dissensiones: hereses: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: comessatiōes: ⁊ his similia que p̄dico vobis sicut p̄dixi: qm̄ q talia agunt regnū dei nō cōsequent̄. Fructus aūt spirit⁹ ē charitas: gaudiuz: pax: patientia: longanimitas: bonitas: be-

nignitas:fides:modestia:continen
tia:castitas:aduersus hmõi non est
lex. Qui ãt sunt chr̃i:carnẽ suã cru
cifixerũt cũ vitijs ⁊ concupiscẽtijs.
Gra. Bonũ est cõfiteri dño ⁊ psallere
noi tuo altissime. ℣. Ad annũciãdum
mãe misericordiã tuã: ⁊ veritatẽ tuã p
noctẽ. Alr. ℣. Dñe refugiũ factꝰ es
nobis a generatiõe ⁊ pgenie. Scõz lu
Illo tpe. Dũ iret ie cã.xvij.c.
sus in hierlm trãsibat per me
diã samariã ⁊ galileã. Et dũ ingre
derẽ quoddã castellũ:occurrerunt
ei decem viri leprosi: qui steterũt a
lõge ⁊ leuauerũt vocem dicentes:
Jesu pceptor miserer̃ nostri. Quos
vt vidit dixit:Jte ostendite vos sa
cerdotibus. Et factũ est dum irent:
mundati sunt. Unus aũt ex illis vt
vidit qꝝ mundatus est regressus est
cũ magna voce magnificans dẽũ: ⁊
cecidit in facĩ ante pedes eius gra
tias agẽs. Et hic erat samaritanus.
Rñdens autem ihesus dixit: Nõne
decẽ mũdati sunt: ⁊ nouẽ vbi sunt?
Nõ est inuentus qui rediret ⁊ daret
gloriam deo: nisi hic alienigena. Et
ait illi iesus: Surge vade: qꝝ fides
tua te saluũ fecit. Offer. Immittit
angelus dñi in circuitu timentiũ eum
⁊ eripiet eos gustate ⁊ videte quoniam
suauis est dominus. Secreta.
Oncede nobis qs dñe: vt
hec hostia salutaris ⁊ nostrorum fi
at purgatio delictorũ: ⁊ tue propi
tiatio maiestatꝫ. p. Cõ. Panis quez
ego dedero caro mea est p seculi vita.
Purificent nos qs Complẽ.
dñe semp ⁊ muniat tua sacra
menta ⁊ ad perpetue ducant salua
tionis effectum. Per. Feria.iiij.
ad corinthios.vj.cap.scõe epistole.
Fratres: Nolite iugũ ducere
cũ infidelibus. Que enim par
ticipatio iustitie cũ iniquitate: aut qꝝ
societas luci ad tenebras? Que autẽ
conuentio christi ad belial? aut que
pars fideli cũ infideli? Qui aũt con
sensus tẽplo dei cum idolis? vos enim
estis tẽplũ dei viui sicut dicit deus.
Quoniã inhabitabo in illis: ⁊ iam
bulabo: ⁊ ero illorum deus. Et ipsi
erunt mihi ppls: ppter qõ exite de
medio eorũ: ⁊ separamini dicit dñs
⁊ immũdum ne tetigeritis: ⁊ ego reci
piam vos: ⁊ ero vobis in patrem: ⁊
vos eritis mihi in filios ⁊ filias: di
cit dñs oipotens. Has igit̃ habẽ
tes pmissiones carissimi: munde
mus nos ab omni inquinamento
carnis ⁊ spiritus pficientes sancti
ficationem in timore christi per ie
sum christum dñm nostrũ. Scõm
Illo tẽpo/ marcuz .j. capitu.
re: Venit ad iesum quidam le
prosus deprecãs eũ. Et genuflexo
dixit: Si vis potes me mũdare. Je
sus autẽ misertus eius extendit ma
num suam: ⁊ tangẽs eũ ait illi: Vo
lo mũdare: ⁊ cũ dixisset statim dis
cessit ab eo lepra ⁊ mũdatꝰ ẽ: ⁊ cõmina
tus est ei. Statimqꝫ eiecit illũ: ⁊ dicit
ei: Vide nemini dixeris. Sed vade
ostende te principi sacerdotũ ⁊ offer
pro emũdatione tua qꝝ pcepit moy
ses in testimoniũ illis: ⁊ egressus ce
pit pdicare ⁊ diffamare sermonem:
ita vt iã non posset manifeste i ciui
tatẽ introire: sed foris in desertis lo
cis esse. Et conueniebant ad eum

vndiq3. ¶ Feria sexta ad thimotheum.v.cap.epistole prime.

Carissime: Presbyteri q bene presunt: duplici honore digni habeantur: maxime q laborāt ī vbo ⁊ doctrina. Dicit enī scriptura. Nō infrenabis os boui triturāti: ⁊ dignus est oparius mercede sua. Aduersus presbyterꝝ accusationē noli recipere nisi sub duob⁹ aut trib⁹ testib⁹. peccātes corā oīb⁹ argue: vt ⁊ ceteri timorē habeāt. Testor coraz deo iesu chr̄o ⁊ electꝫ angelis ei⁹: vt hec custodias sine p̄iudicio nihil faciens in alteram partem declinando.

In illo tpe; Scd̄z marcū.viij.c. Exierūt pharisei ⁊ ceperūt cōquirere cū iesu querentes ab illo signum de celo tētantes eum. Et īgemiscēs spiritu ait: Quid generatio ista signū q̄rit. Amen dico vobis. Si dabit̄ generationi isti signum. Et dimittens eos: ascendit iterū nauim ⁊ abijt trans fretum. Et obliti sunt sumere panes: ⁊ nisi vnum panem nō habebant secuz in naui. Et p̄cipiebat eis dicens: videte ⁊ cauete a fermento phariseorum ⁊ a fermento herodis. Et cogitabant alter ad alterum dicentes: q2 panes non habemus. Quo cognito iesus ait illis: Quid cogitatis q2 panes non habetis? Nōdum cognoscitis nec ītelligitis: adhuc cecatū habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis: ⁊ aures habentes non auditis: nec recordamini qñ quinqz panes fregi in qnqz milia: ⁊ quot cophinos fragmētorū plenos sustulistis. Dicunt ei duodecim. Qñ ⁊ septē panes in quattuor milia: quot sportas fragmētoꝝ tulistis. Dicunt ei: septē. Et dicebat eis. Quomodo nōdū ītelligitis. ¶ Dñica.xv.Intr̄.



Inclina dñe aurē tuā ad me ⁊ exaudi me: saluū fac seruuz tuū deus meus sperantez ī te: miserere mihi domine: qm̄ ad te clamaui tota die. p̄s. Letifica aīam serui tui: qm̄ ad te dñe animā meā leuaui. Oratio.

Ecclesiā tuam dñe miser atio continuata mundet ⁊ muniat: ⁊ q2 sine te non potest salua consistere: tuo semp munere gubernet̄.

Per. Ad galathas. vj. cap̄. Fratres: Si spū viuimus spū ⁊ ambulemus. Non efficiamur inanis glorie: cupidi īuicē prouocātes īuicē īuidētes frēs. Et si pre occupatus fuerit hō in aliquo delicto vos q spiritales estis hmōi instruite in spū lenitatis: cōsiderans te ipsuz ne ⁊ tu tēteris: alter alterius onera portate: ⁊ sic adimplebitis legem chr̄i. Nā si quis existimat se aliqd esse cū nihil sit: ipse se seducit. Opus āt suuz ꝓbet vnusqsqz: ⁊ sic in semetipso tm̄ gloriā habebit: ⁊ non in altero: vnus qsqz.n.on⁹ suū portabit. Cōicet aūt is q cathezizatur verbo ei q se cathezizat ī oībus bonis. Nolite errare. deus nō irridet̄: q̄ enī seminauerit hō: hec ⁊ metet: qm̄ q seminat in carne sua: de carne ⁊ metet corruptionē. qui autem seminat in spū: de spū ⁊ metet vitā eternā. Bonuz

aūt faciētes nō deficiamus: tpe enī suo metemus non deficiētes. Ergo dū tp̄s habemus operemur bonuz ad oēs: maxīe aūt ad domesticos fidei. Gra. Bonū est ꝯfidere i dño q̄z ꝯfidere i hoīe. ℣. Bonū ē spare i dño q̄z spare i pricipib⁹. Alla. ℣: Uenite exultem⁹ dño iubilem⁹ deo salutari nr̄o p̄occupem⁹ faciē ei⁹ i ꝯfessione: ⁊ i psalmis iubilemus ei. Scd̄z matth. vj. c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Nemo pōt duobus dñis seruire: aut enī vnū odio habebit: ⁊ alterꝝ diliget aut vnum sustinebit ⁊ alterū ꝯtēnet. Nō potestis deo seruire ⁊ māmone. Jō dico vobis ne soliciti sitis aīe vr̄e qd manducetis neq; corpori vr̄o quid induamini. Nōne aīa plus est q̄z esca? Et corp⁹ plus q̄z vestimētū. Respicite volatilia celi: qm̄ non serūt neq; metunt: neq; ꝯgregāt in horrea: ⁊ pater vr̄ celestis pascit illa. Non vos magis pluris estis illis? Quis aūt vestruz cogitās pōt adijcere ad staturaz suam cubitū vnū? Et de vestimēto qd solliciti estis? Considerate lilia agri qūo crescūt: non laborāt neq; nent. Dico aūt vobis: qm̄ nec salomō in oī glīa sua cooptus est: sicut vnum ex istis. Si autē fenū agri qd̄ hodie est: ⁊ cras in clibanū mittit̄ deus sic vestit: quāto magis vos modice fidei. Nolite ergo solliciti eē dicētes: qd māducabimus aut qd bibem⁹ aut quo opiemur: hec eniz oīa gentes inqrūt. Scit enī pater vester qa his oībus indigetis. Querite ergo primum regnum dei ⁊ iustitiā ei⁹ ⁊ hec oīa adijcient̄ vobis. Off. Ex pectās expectaui dñm ⁊ respexit me ⁊ exaudiuit dep̄catiouē meā: ⁊ imisit i os meū cāticū nouū: hymnū d̄o nr̄o. Sec̄

Tua nos dñe sacr̄a custodiāt ⁊ ꝯtra diabolicos semp tueātur incursus. p. Cō. Qui māducat carnē meā ⁊ bibit sanguinē meū in me manet ⁊ ego in eo dicit dñs. Cōplen.

Mentes nr̄as ⁊ corpora nostra possideat q̄s dñe doni celestis operatio: vt nō nr̄ sensus in nobis sed iugiter ei⁹ ꝓueniat in nobis effectus. Per. ¶ Feria.iiij.ad collos sen.j.c.

Fratres: Gr̄as agētes deo pr̄i q dignos nos fecit in partē sortis sanctoꝝ in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarū ⁊ trāstulit in regnū filij dilectionis sue: in quo habemus redēptionem ⁊ remissionē oīum peccatorū qui ē imago dei inuisibilis primogenit⁹ oīs creature? qr in ipso condita sunt vniuersa in celis: ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibilia: siue throni siue dominationes siue principat⁹ siue potestates. Oīa per ipsuz ⁊ in ipso creata sunt: ⁊ ipse ē ante omnes. Et oīa in ipso cōstant. Et ipse est caput corporis ecclesie qui est principiuz primogenitus ex mortuis: vt sit ipse i oibus primatuz tenens iesus christus dominus noster. Euāgelium scd̄m mattheum. v. capi. Audistis quia dictū est antiquis: diliges ꝓximum tuum. Require feria sexta post dominicā. l. folio. xxvij. ¶ Feria sexta ad hebreos. iij. capi.

Fratres: Considerate apostolum ⁊ pontificē confessionis nostre iesum: qui fidelis est ei qui fecit illū:

sicut ⁊ moyses in omni domo illi⁹: amplioris eniz glorie iste p̄ moyse dignus habitus est: quāto amplio rem honorem domus habet dñs q fabricauit eā: q̄ domus sumus nos. Ois nāqz domus fabricatur ab ali quo. Qui aūt oīa creauit de⁹ est. Et moyses qdē fidelis erat in tota do mo eius tāq̄z famulus in testimoni um eoꝝ q̄ dicēda erāt chr̄s v̄o tan q̄z filius in domo sua: q̄ dom⁹ sum⁹ nos: si fiduciā ⁊ gl̄iā spei vsqz ad fi nē firmū retineam⁹. Scd̄z Lu.xx.c.

In illo tp̄e: factū est vna dierū docēte iesu in tēplo ppl̄m ⁊ euā gelizāte: ꝯuenerunt principes sacer dotū ⁊ scribe cū senioribus ⁊ aiunt dicētes ad illū: Dic nobis in q̄ ptā te hec facis? aut qs est qui dedit tibi hāc ptātem? Rñdens aūt iesus di xit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnū sermonē rñdete mihi. Baptis muz ioānis de celo erat: an ex homi nibus? At illi cogitabāt ītra se dicē tes: Quia si dixerim⁹ de celo dicet: q̄re ergo nō credidistis illi? Si dixe rimus ex hoībus: plebs vniuersa la pidabit nos. Certi sunt eni ioannez ꝓphetā esse. Et rñderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis. Neque ego dico vobis ī qua potestate hec facio. ¶ Dominica.xvj. Introitus.



Iserē mihi domi ne qm̄ ad te cla maui tota die qr tu dñe suauis ac mitis es ⁊ copio sus in mīa omni b⁹ inuocantib⁹ te ps̄. Inclina dñe aurē tuam ⁊ exaudi me: quoniaz inops ⁊ pauper sum ego. Oratio.

Tua nos dñe q̄s gr̄a semper preueniat ⁊ sequat̄: ac bonis operi bus iugiter prestet esse intentos. Per. Ad ephesios. iij. cap̄.

Rēs: Obsecro vos ne deficia tis in tribulatiōibus meis ꝓ vobis q̄ est gl̄ia vr̄a. Hui⁹ rei gr̄a flecto ge nua mea ad patrē dñi nr̄i iesu xp̄i: ex quo oīs p̄nitas ī celis ⁊ in terra noīat̄ vt det vobis scd̄m diuitias gl̄ie sue virtute corroborari ꝑ sp̄m ei⁹ in īteriori hoīe hītare chr̄z ꝑ fidē ī cordib⁹ vr̄is. In charitate radicati ⁊ fundati vt possitis cōprehendere cū oīb⁹ scīs q̄ sit latitudo: lōgitudo: sublimitas: ⁊ ꝓfūdū: scire ēt supemi nētē sciētie charitatē chr̄i vt īpleami ni ī oēz plenitudinē d̄i. Ei āt q potēs est oīa facere supabundāter q̄z peti m⁹ aut ītelligim⁹ scd̄z v̄tutē q̄ opera tur in nobis: ipsi gl̄ia in ecclesia ⁊ ī chr̄o iesu ⁊ ī oēs gn̄atiōes scl̄i scl̄o rū amē. Grad. Timebūt gētes no mē tuū dñe: ⁊ oēs r̄ges terre gloriā tuā ℣. Qm̄ edificauit dñs syon ⁊ videbit̄ ī maiestate sua. Alla. ℣. Paratū cor meū de⁹ paratū cor meū: cātabo ⁊ psal lā in gloria mea. Scd̄m lucam.vij.c.

In illo tp̄e: Ibat iesus in ciuita tē que vocat̄ naym: ⁊ ibant cū eo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cum aūt appropinquaret porte ci uitatis: ecce defunctus efferebat̄ fili us vnicus mr̄is sue: ⁊ hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum il la. Quā cum vidisset dñs: mīa mo tus sup eā dixit illi: Noli flere. Et ac cessit ⁊ tetigit loculuz. hi autem qui

portabant steterunt. Et ait: Adolescés tibi dico surge: z resedit q erat mortuus z cepit loq: z dedit illum matri sue. Accepit autez oés timor: z magnificabant deū dicentes. Q: prophēta magnus surrexit i nobis z quia deus visitauit plebem suam. Offer. Dñe in auxiliū meuz respice confundant z reuereantur qui querūt aiam meā vt auferant eam. Secreta.

MUnda nos qs dñe sacrificij pñtis effectu: z pfice miserat⁹ in nobis: vt eius mereamur ee participes. Per. Cōmu. Domie memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuētute mea z vsqz in senectā z seniū de⁹ ne derelinqs me. Cōplē.

PUrifica qs dñe mentes nras benignus z renoua celestibus sacramētis: vt pfir z corporū z aiarum pñs pariter z futuz capiamus auxilium. Per. ℂ Feria.iiij.ad corAtes: Videte ne qs vos decipiat per philosophiā z inanē fallaciam scōz traditionē hoiuz: scōm elemēta mundi z nō scōm chm: q: in ipso habitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter: z estis in illo repleti: qui ē caput ois principat⁹ z ptātis in quo z circuncisi estis circūcisiōe nō manufacta in expoliatiōe corporis carnis: sed in circuncisione chri consepulti ei in baptismo in quo z resurrexistis per fidē opatiōis dei qui suscitauit eum a mortuis. Et vos cuz mortui essetis in delictis z ppucio carnis vestre: conuiuificauit vos cū illo donās vobis oia delicta: per ieſum chm dñm nrm. Scōm mar. Ilossenses.ij.c.

IN illo tpe: venit ie- cū.viij.ca. sus bethsaida z adducunt ei cecū: z rogabant eū: vt illum tāgeret: z apprehensa manu ceci eduxit eum extra vicū: z expuēs in oculos eius impositis manibus suis interrogauit eū si aliquid videret. z aspiciens ait: Video hoies velut arbores ambulantes. Deinde iterū iposuit manus super oculos eius z cepit videre z restitutus est: ita vt clare videret oia: Et misit illum in domuz suā dicēs: vade in domū tuaz. Et si in vicū itroieris nemini dixerj: ℂ Feria.vj.ad philippenses.j.ca.

FRatres: Si qua cōsolatio in chro: si qō solatium charitatis: si qua societas spūs: si qua viscera miseratiōis iplete gaudiū meuz: vt idē sapiatis eandē charitatez habentes vnanimes: idipsum sentientes: nihil per cōtentionem neqz per inanē gloriā sed in humilitate superiorīs sibi inuicē arbitrantes: non que sua sūt singuli considerantes: sed ea que aliorū in chro ieſu domino nostro. Scōm matthēū.xvij.ca.

IN illo tpe: Cū veniſſet ieſus ad turbam accessit ad eum hō genibus puolutus ante eum dicens: Dñe miserere filio meo q: lunaticus est z male patitur: nam sepe cadit i ignem z crebro in aquā. Et obtuli eum discipulis tuis z nō potuerūt curare eum. Respondēs aūt ieſus ait: O generatio incredula z peruersa: quousqz ero vobiscuz: vsqz quo patiar vos? Afferte huc illuz ad me. Et increpauit illum ieſus: z exijt ab eo demoniuz: z curatus est puer ex

illa

illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad iesum secreto ⁊ dixerunt. Quar̃ nos non potuimus eijcere illuz. Dicit illis iesus: propter incredulitatẽ vestram. Amen quippe dico vob: si habueritis fidem sicut granũ synapis: dicetis mõti huic: trãsi hic ⁊ transibit ⁊ nihil ĩpossibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur nisi per orationem ⁊ ieiuniuz. Dominica decimaseptima. Introitus.



Iustus es domie ⁊ rectũ iudiciuz tuuz: fac cuz ꝑuo tuo ꝑm miaz tuã ps. Beati imaculati in uia qui ambulant in lege domini. Oro.

Da q̃s dñe ppl'o tuo diabolica vitare contagia: ⁊ te soluz deum pura mente sectari. Per do.

Fratres: Ad ephesios.iiij.ca. Obsecro vos ego vinctus ĩ dño: vt digne ambuletis vocatiõe qua vocati estis: cum oĩ hũilitate ⁊ mansuetudine cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate solliciti seruare vnitatez spũs in viculo pacis: vnũ corpus ⁊ vn⁹ spũs: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre: vnus dñs ⁊ vna fides vnũ baptisma: vn⁹ de⁹ ⁊ pr̃ oĩuz: q sup oẽs ⁊ p oĩa ⁊ in oĩbus nobis: q ẽ bñdictus ĩ scl'a scl'oꝝ amen. Gra. Beata gẽs cuius ẽ dñs deus eoꝝ ppl's quez elegit dñs ĩ hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spũ oris ei⁹ oĩs v̄tus eorũ. All. ℣. In exitu isrl' ꝺ egypto domus iacob de ppl'o barbaro. ℣. Fcã ẽ iudea sctificatio eius isrl' potestas eius.

In illo tpe: Scd̃z lucã.xiiij.ca. Cuz intraret iesus in domũ cuiusdã p̃ncipis phariseorum sabbato manducare panẽ: ⁊ ipsi obseruabãt eũ. Et ecce hõ qdam hydropicus erat ante illuz: ⁊ respõdẽs iesus: dixit ad legispitos ⁊ phariseos dicẽs: Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt: ipi vero apprehẽsuz sanauit eum ac dimisit. Et rñdens ad illos dixit: Cui⁹ vestrũ asin⁹ aut bos in puteuz cadet ⁊ nõ ꝯtinuo extrahet illũ die sabbati? ⁊ nõ poterãt ad hec rñdere illi. Dicebat aũt ad ĩuitatos parabolã ĩtẽdẽs qũo p̃mos accubitos eligerẽt dicẽs ad illos: Cũ ĩuitat⁹ fueris ad nuptias: nõ discũbas in p̃mo loco: ne forte honoratior te sit ĩuitatus ab illo: ⁊ veniens is q te ⁊ illuz ĩuitauit dicat tibi: Da huic locũ: ⁊ tunc incipias cuz rubore nouissimũ locuz tenere. Sed cum vocatus fueris vade ⁊ recũbe in nouissimo loco. Et cum venerit q te ĩuitauit: dicat tibi amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria corã simul discũbẽtibus: qa oĩs q se exaltat humiliabit̃: ⁊ qui se humiliat exaltabit̃. Offer. Oraui deũ meũ ego daniel dicẽs: exaudi dñe p̃ces serui tui: illumina faciẽ tuã super sãctuariũ tuũ: ⁊ ꝓpitius intende ppl'm istum sup quẽ inuocatũ est nomen tuũ deus. Secre.

Maiestatẽ tuaz dñe suppliciter dep̃camur: vt hec sctã que gerimus ⁊ a p̃teritis delictis nos exuant ⁊ futuris: Per. Comu. Aouete ⁊ reddite dño deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera: terribili ⁊

ei qui affert spiritum principum: terribili apud omnes reges terre. Compl.

SAuctificationibus tuis omnipotēs deus: ⁊ vicia nostra purgentur: ⁊ remedia nobis eterna proueniant. ¶ Feria. iiij. quattuor tēporum. Introit⁹.

EXultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cythara: canite initio mensis tuba quia preceptum in israel est ⁊ iudicium deo iacob. ps. Testimonium in ioseph posuit illud cū exiret de terra egypti. Oremus Flectam⁹ genua. Leuate Oro.

MIsericordie tue remedijs quesumus dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditiōe atteritur tua clemētia reparetur Per.

HEc dicit dominus. Ecce dies veniēt ⁊ cōprehendet arator messorē: ⁊ calcator vue mittentez semē. Et stillabūt montes dulcedinē: ⁊ oēs colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei israel ⁊ edificabunt ciuitates desertas ⁊ habitabunt ī eis: ⁊ plantabunt vineas: ⁊ bibent vinum earum: ⁊ faciēt ortos ⁊ comedent fructus eorū. Et plantabo eos super humum suam: ⁊ non euellaz eos vltra de terra sua quaz dedi eis: dicit dominus omnipotēs. Grad.

Tollite hostias ⁊ introite in atria ei⁹ adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dominus condensa ⁊ in templo eius omnes dicent gloriā. Sequitur. Dominus vobiscum fine

PFlectamus genua. Oratio.

Resta q̄sumus domīe familie tue supplicanti vt dum a cibis corporalibus se abstinent a vicijs in mente ieiunent. Per dominum.

Lectio libri Hesdre. ij. viij. ca.

IN diebus illis congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante portā aquarum ⁊ dixerunt Esdre scribe vt afferret librum legis moysi quaz precepit dominus israeli. Attulit ergo esdras sacerdos librum coraz multitudine virorum ac mulierum cunctisqz qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum a mane vsqz ad mediam diem in conspectu virorum ac mulierum ⁊ sapientuz. Et aures omnis populi erant erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba super gradum ligneū quē fecerat sibi ad loquendum ⁊ steterūt iuxta eum. Et aperuit esdras libruz coram omni populo: ⁊ benedixit esdras dño deo magno. Et respondit omnis populus amen. Eleuās autē omnis populus manus suas incuruati sunt: ⁊ adorauerunt proni in terrā. Porro leuite silentiū faciebant in populo ad audiendam legem: populus aūt stabat in gradu suo ⁊ legerunt in libro legis dei distincte ⁊ aperte ad intelligendum. Dixit autez neemias sacerdos: scribe: ⁊ leuite: Dies sanctificatus est domino deo nostro: nolite lugere nolite flere. Et dixit eis: Ite comedite pinguia bibite mulsum ⁊ mittite partes eis qui non preparauerunt sibi: quia sanctus dies domini est:

ꝛ nolite ꝓtristari: gaudiū eteni dñi est fortitudo nostra. Grad. Q uis sicut dñs deus noster qui in altis habitat ꝛ humilia respicit in celo ꝛ in terra. ℣. Suscitans a terra inopē ꝛ de sterco re erigens pauperē. Scōm marcum

IN illo tpe: Rñdens vn⁹ ix.ca. de turba dixit ad iesum: magister: attuli filiū meū ad te: habentē spiritū mutuz: qui vbicūq; eum ap prehenderit allidit euz: ꝛ spumat ꝛ stridet dētibus ꝛ arescit. Et dixi ad discipulos tuos: vt eicerent illum ꝛ non potuerunt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula q̃z diu apud vos ero: q̃z diu vos patiar: afferte illū ad me: ꝛ attulerūt eū. Et cū vidisset illuz: statiz spiritus cō turbauit eū ꝛ elisus in terraz volutabat spumans: ꝛ interrogauit patrem eius. Quantuz tēporis est ex quo ei hoc accidit: At ille ait: ab infantia. Et frequēter eum in ignez ꝛ in aquā misit vt eū perderet: sed si qd potes adiuua nos: misertus nr̄i. Jesus aūt dixit illi: Si potes credere oia possibilia sunt credēti. Et cō tinuo exclamans pater pueri cuz lacrymis aiebat: Credo dñe: adiuua incredulitatē meam. Et cū vidisset iesus ꝓcurrentem turbā: cōminatus est spiritui imundo dicens illi. Surde ꝛ mute ꝛ spiritus: ego tibi ꝓcipio exi ab eo: ꝛ amplius ne introeas in eum. Et clamans ꝛ multū discerpens euz exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus ita: vt multi dicerent q: mortuus est. Jesus aūt tenens manum eius eleuauit euz ꝛ surrexit. Et cum introisset in domuz discipuli eius interrogabant secreto. Quare nos non potuimus eicere. Et dixit illis: hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione ꝛ ieunio. Offerto. O editabor in mandatis tuis q̃ dilexi valde: ꝛ leuabo manꝰ meas ad mandata tua que dilexi. Se

HEc hostia dñe quesumus emundet nostra delicta ꝛ ad sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora mēteſq; sciificet. Cōmu. O mnes qui sitis venite ad aquas: ꝛ qui habetis argentum festinate emite: ꝛ comedite: venite emite absq; argento ꝛ absq; vlla commutatione vinum ꝛ lac. Quare appenditis argentum non in panibus: ꝛ labores vestros non in saturitate: audite me: ꝛ comedite bonum: ꝛ delectabitur in crasitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram ꝛ venite ad me: audite ꝛ viuet anima vestra. Et cōcordabo vobis pactum sempiternum: misericordias dauid fidas. Ecce testem populis dedi eum: ducem ac preceptorem gentibus. Postcō. Q uesumus omnipotens deus: vt qui celestibus mysteriis corporis ꝛ sanguinis tui reficimur: ꝛ ad imaginem tuam quotidie reformemur: ꝛ ad similitudinem. Per dominum nr̄m. Secreta. Ecclesie tue quesumus domine dona placatus assume: ꝛ quibus eam dedicasti muneribus: ipsa ꝛ nos tuis semper dignanter inhabita. Per dominum nr̄m. Ad complendum. Ecclesie tue quesumus domine dona placatus assume: ꝛ quibus eam dedicasti muneribus: ipsa ꝛ nos tuis semper dignanter inhabita. Per dominum nr̄m. Ad complendum. Sumētes dñe dona celestia supplices deprecamur: vt q̃ sedula fuitute donāte te gerimus dignis sensibus tuo munere capiamus. Per.

℣ Feria.vj.q̃ttuor tẽpor. Introit⁹.

LEtēt cor querentiū dñm: querite dominū: ꝛ confirmamini: querite faciē eius semper. ℣s. Confitemini dño ꝛ invocate nomē eius: annūciate inter gētes opa ei⁹.

PResta q̃sumus omnipotens deus: vt observatiōes sacras annua devotione recolentes: ꝛ corpore tibi placeamus ꝛ mente. Per dominum nr̄m. Lectio Isee

HEc dicit dominus: cōuertere israel ad dñm deū tuum quoniā corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscū verba ꝛ cōuertimini ad dominū: dicite ei omnem auferi iniquitatē accipe bonuz ꝛ reddem⁹ vitulos labioꝝ nostrorū: assur nō saluabit nos: sup equū nō ascēdemuz: nec dicem⁹ vltra: dij

nostri opa manuum nostraꝝ: quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo cõtritiones eoꝝ diligã eos spontanee qꝛ auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: ⁊ israel germinabit quasi lilium ⁊ erumpet radix eius vt libani: ibunt in directum rami eius. Et erit quasi oliua gloria eius ⁊ odor eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico ⁊ germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinũ libani. Ego exaudiã eũ: ⁊ dirigã eũ vt abietẽ virẽtem. Ex me fructus tuus inuẽtus est. Quis sapiens ⁊ intelliget ista: intelligẽs ⁊ sciet hec. Qꝛ recte vie dñi ⁊ iusti ambulabũt in eis. Grad. Conuertere dñe aliquãtulũ: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus est nobis a generatiõe ⁊ ꝓgenie. Scdz lucã.vij.ca.

In illo tpe: Rogabat iesuz qdã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domuz pharisei discubuit: ⁊ ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuisset ĩ domo pharisei: attulit alabastrum vngenti: ⁊ stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat ⁊ osculabatur pedes eius: ⁊ vngento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens: Hic si esset propheta sciret vtiqꝫ que ⁊ qualis est mulier que tangit euz: quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere? At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cui daz feneratori: vnus debebat denanarios quingentos: ⁊ alius quinq̃ ginta. Non habentibus autem illis vnde redderent: donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eũ plus diligit? Et respõdens simon dixit: Estimo: quia is cui plus donauit? At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierem dixit simoni: Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autẽ lachrimis rigauit pedes meos ⁊ capillis suis tersit. Osculũ mihi nõ dedisti: hec autem exquo intrauit non cessauit osculari pedes meos. oleo caput meum non vnxisti: hec autem vngento vnxit pedes meos: propter quod dico tibi: remituntur ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autez ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accũbebant dicere intra se. Quis est hic q etiam peccata dimittit. Dixit autez ad mulierem: Fides tua te saluã fec̃: vade in pace. Offer. Benedic anima mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius ⁊ renouabitur sicut aq le iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint domine que sumus nostri dona ieiunij que ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant: ⁊ ad sẽpiterna promissa ꝑducant. Per. Com̃. Aufer a me obprobriũ ⁊ contẽptuz quia mandata tua exquisiui dñe: nam ⁊ testimonia tua meditatio mea est. Complenda.

Quesumus omnipotẽs deus: vt de perceptis muneribus gratias

exhibẽtes beneficia potiora sumamus. Per. ¶ Sabbato quattuor t̃por. Introi.



Enite adorem⁹ deũ ⁊ pcidamus ante dñm ploremus ante eũ qui fecit nos: qr ipse est dñs deus nr̃. ps. Venite exultem⁹ dño iubilemus deo salutari nr̃o. absq; salutatiõe dicat. Orem⁹. Flectamus ge. Leuate. ⁊ sic fiat p oẽs oões p̃ter vltimã: q̃ cũ salutatione fine genuflexiõe dicat. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: qui per cõtinentiã salutarem ⁊ corpoꝝ⁹ mederis ⁊ mẽtiu⁹. maiestatẽ tuã supplices exoramus: vt pia ieiunãtiũ dẽpcatiõe placatus: ⁊ p̃sentia nobis subsidia p̃rebeas ⁊ futura. p. Lcõ lib. leuitici. xxiij. caꝑ.

In dieb⁹ illis. Locutus ẽ dñs ad moysen dicẽs: decimo die mẽsis huius septimi dies expiationũ erit celeberrimus ⁊ vocabit scũs: affligetisq; aias vr̃as in eo: ⁊ offertis holocaustũ dño. Oẽ opus seruile nõ facietis in tpe diei huius: qr dies ppitiationis est: vt ppitiet vobis dñs deus vr̃: ois aia q̃ afflicta nõ fuerit die hoc peribit de populis suis: ⁊ q̃ opis qppiã fecerit: delebo eã de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legittimũ sempiternũ erit vobis: in cunctis generationibus ⁊ habitatiõibus vr̃is. Sabbatum requietionis est: affligetisq; aias vr̃as. Die nono mensis septimi a vespe vsq; ad vespe celebrabis sabbata vestra: dicit dñs ops. Ora. Protector noster aspice deus ⁊ respice sup seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ vir tutũ exaudi pces seruoꝝ tuoꝝ. Dño.

Da qs nobis ops deus: vt ieiunando tua gratia satiemur ⁊ abstinẽdo cũctis efficiamur hostibus fortiores. Lectio libri Leuitici. In diebus illis: Locutus est dñs ad moysen dicẽs: qntodecimo die mẽsis septimi: qñ congregaueritis oẽs fructus terre vestre: celebrabitis festas dñi septem dieb⁹. Die primo ⁊ die octauo erit sabbatum: idest req̃es. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrime: spatulasq; palmaruꝝ: ⁊ ramos ligni densaꝝ frondium: ⁊ salices de torrente: ⁊ letabimini coram dño deo vr̃o: celebrabitisq; solẽnitatẽ eius septẽ diebus per annũ legittimum sempiternũ erit in generationibus vestris. Mẽse septimo festa celebrabitis: ⁊ habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Oĩs qui de genere est isr̃l manebit in tabernaculis: vt discãt posteri vestri q̃ tabernaculis habitare fecerim filios isr̃ael cuꝝ educerem eos de terra egypti ego dñs deus vr̃. Gradua. Propitius esto dñe pctis nr̃is: ne q̃n dicãt gẽtes vbi est deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ propter honorem nois tui domine libera nos.

Tuere q̃s dñe familiam tuã: vt salutis eterne remedia q̃ te aspirãte req̃rim⁹ te largiẽte p̃seq̃mur. p. L. michee. ppĥe. vj. c.

Omine deus nr̃: pasce pplm tuũ in virga tua gregẽ hereditatis

ditatis tue habitãtes terrã i salutẽ iuxta dies antiquos. Uidebũt gentes: ⁊ cõfundent̃ sup oi fortitudine sua: qm̃ quis deus similis tui. Qui aufers iniqtatẽ: ⁊ trãsfers peccatuz reliqaꝝ hereditatis tue. Non inuittet vltra furorẽ suũ: qm̃ volens misericordiã: ⁊ reuertet̃ ⁊ miserebitur nr̃i: deponet iniqtates nr̃as ⁊ proijciet in ꝓfundũ maris oĩa pctã nr̃a. Dabis veritatẽ iacob: misericordiam habraã q iurasti patribus nr̃is a diebus antiqs dñe de⁹ nr̃. Gra.

Dñe refugiũ fact⁹ es nobis a gñatione ⁊ ꝓgenie. ℣. Priusq̃z mõtes fierẽt aut formaret̃ terra ⁊ orbis a seculo ⁊ in seculum tu es deus. Oratio.

Presta q̃s dñe sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruẽtibus piter ieiunem⁹. Lcõ za-

In dieb⁹ il charie ꝓphe. viij. c. lis: factuz est verbũ dñi ad me dicens: Hec dicit dñs deus exercituũ: sicut cogitaui vt affligerez vos cũ ad iracũdiam me ꝓuocassent patres vr̃i ⁊ nõ suz misertus: sic ꝯuersus cogitaui i diebus istis: vt bñfaciã hierl̃z ⁊ domui iuda. Nolite ergo timere hec sunt verba q̃ facietis: loqmini veritatẽ vnusqsq̃z cũ ꝓxio suo: veritatẽ ⁊ iudiciũ pacis iudicate i portis vestris: ⁊ vnusqsq̃z malũ contra amicum suũ ne cogitetis in cordibus vr̃is: ⁊ iuramentũ mẽdax ne diligatis: oĩa eniz hec sunt q̃ odi dicit dñs. Et factũ ẽ v̄bũ dñi exercituũ ad me dicẽs: Hec dicit dñs deus exercituũ Jeiuniũ q̃rti ⁊ ieiuniũ qnti ⁊ ieiuniũ septimi ⁊ ieiuniũ decimi erit domui iude: in gaudiũ ⁊ letitiã: ⁊ in solẽnitates p̃claras: Veritatẽ tm̃: ⁊ pacẽ diligite dicit dñs op̃s. Grad. Dirigat̃ oratio mea sicut icẽsuz i ꝯspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ meaꝝ sacrificiũ vesp̃tinuz. Oro.

Ut nobis dñe tribuis solẽne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis q̃s idulgẽtie p̃sta subsidiuz. p. Lcõ Angelus dñi. Require sabbato q̃ttuor tẽpoꝝ in aduẽtu. vj. Hymn⁹. Bñdict⁹ es. p totũ vt supra in aduẽtu. vj. Dñs vobiscum. sine Flectamus genua. Ad missam Oratio.

Deus q tribus pueris mitigasti flãmas igniũ: concede ꝓpiti⁹: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitioꝝ. p. Ad hebre. ix. c.

Fratres: Tabernaculũ factuz ẽ p̃miũ in quo erãt cãdelabra ⁊ mẽsa: ⁊ ꝓpositio panuz qd̃ dicit̃ sancta. Post velamentũ aũt scd̃z tabernaculũ qd̃ dr̃ sancta sanctoruz: aureũ habens thuribulũ: ⁊ archaz testamẽti circũtextaz ex oĩ parte auro: in q̃ vrna aurea hñs mãna: ⁊ virga aaron q̃ fronduerat ⁊ tabule testamẽti sup q̃ erãt cherubin glorie obũbrantia ꝓpitiatoriũ: de quibus non est mõ dicendũ p singula. His vero ita cõpositis i p̃ori qdẽ tabernaculo semp itroibãt sacerdotes: sacrificioꝝ officia ꝯsũmãtes: in secundo aũt semel in anno solus põtifex: non sine sanguine quẽ offerret pro sua ⁊ populi ignorantia: hoc significãte spũsancto nõdum ꝓpalatam eẽ sanctorũ viã: adhuc priore tabernaculo habente statũ. Que parabola est tp̃is instantis iuxta quaz munera ⁊ hostie offerunt̃. q̃ non possũt

iuxta cõscientiã pfectum facere seruientes solũmodo in cibis ⁊ in potibus: ⁊ variis baptismatibus ⁊ iustitijs carnis vsq; ad tẽpus correctionis ipositis. chris autẽ assistens põtifex futurorũ bonorũ: pamplius ⁊ pfectius tabernaculum nõ manufactum: idest: non huius creationis neq; p sanguinẽ hircorũ aut vitulorum: sed p proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta: eterna redẽptione inuenta. **Tractus.** Laudate dñm oẽs gẽtes: ⁊ collaudate eum oẽs ppli. ℣. Quñ confirmata est sup nos misericordia eius: ⁊ veritas dñi manet i eternum. **Scõm lucam. xiij. capit.** In illo tpe: dixit ihesus turbis similitudinẽ hanc: arborem fici habebat qdam plantatã in vinea sua: ⁊ venit querẽs in illa fructum: ⁊ non iuenit. Dixit autẽ ad cultorẽz vinee. Ecce anni tres sunt exquo venio q̃rens fructũ in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio. Succide ergo illã: vt qd terraz etiã occupat. At ille rñdẽs dixit illi. Dñe: dimitte illã ⁊ hoc anno vsq; duz fodiã circa illã ⁊ mittã stercora. Et si qdẽ fecerit fructũ: sin autem in futurũ succides eã. Erat autẽ docẽs in synagoga eorũ sabbato. Et ecce mulier q̃ habebat spũm infirmitatis annis decẽ ⁊ octo: ⁊ erat inclinata: nec oino poterat sursum respicere. Quã cũ videret ihesus vocauit eã ad se: ⁊ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua: ⁊ iposuit illi manus: ⁊ confestim erecta est ⁊ glorificabat deũ. Rñdens autẽ archisynagogus indignãs quia sabbato curasset ihesus: dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus óportet operari in his ergo venite ⁊ curamini ⁊ non i die sabbati. Rñdẽs aũt ad illuz dominus dixit: Hypocrite vnusq;q vestrũ sabbato nõ soluit bouẽ suuz aut asinũ a psepio: ⁊ ducit adaquare. Hãc aũt filiã habrae quã alligauit sathanas: ecce decẽ ⁊ octo ãnis: nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cũ hec diceret: erubescebant oẽs aduersarij ei⁹: ⁊ ois plebs gaudebat i vniuersis q̃ gloriose fiebãt ab eo.. **Offe.** Dñe deus salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corã te: intret oratio mea in ꝓspectu tuo domine.

Concede quesum⁹ **Secreta.** omnipotens deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum ⁊ gratiã nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectum beate perhennitatis acq rat. Per. **Com.** Mense septimo festa celebrabitis: cũ in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus vester.. **Complenda.** Perficiant in nobis dñe q̃sumus tua sacra qõ ꝓtinẽt: vt q̃ nunc specie gerimus: rẽ veritate capiamus. p. ¶ **Dñica.xviij. Introitus.**



Adpacẽ dñe sustinẽtib⁹ te: vt pphete tui fideles inueniãt: exaudi pces serui tui: ⁊ plebis tue israel. **ps.** Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Dirigat corda nostra **Oratio** dñe q̃s tue miserationis opa-

tio: qꝛ tibi sine te placere nõ possu-
mus. Per. Ad corinthios. j. cap̃.
Fratres: Gr̃as epl̃e prime.
ago deo meo semp ꝓ vobis
in gr̃a dei q̃ data ẽ vobis in christo
iesu: qꝛ in oĩbus diuites facti estis ĩ
illo in oĩ v̄bo: ⁊ in oĩ sciẽtia sicut te-
stimoniũ: christi cõfirmatum est in
vobis: ita vt nihil desit vobis in il-
la gr̃a expectantibus reuelationem
dñi nr̃i iesu christi: q ⁊ cõfirmabit
vos vsqꝫ in finẽ sine crimine in die
aduẽtus dñi nr̃i iesu christi. Gra.
Letatus suꝫ in his q̃ dicta sunt mihi
in domum dñi ibimus. V̄. Fiat pax in
v̄tute tua: ⁊ habũdãtia in turrib⁹ tuis.
Alleluia. V̄. Dilexi qm̃ exaudiuit do
min⁹ vocẽ meã. Scd̃ꝫ mattheũ. xxij. c.
In illo tpe: Accesserũt ad iesuꝫ:
pharisei: ⁊ ĩterrogauit eũ vnus
ex eis legisdoctor tẽtãs eũ: Magr̃
qd̃ est mãdatũ magnũ in lege. Ait
illi iesus: Diliges dñm deũ tuum ex
toto corde tuo: ⁊ in tota aĩa tua: ⁊ ĩ
tota mẽte tua. Hoc est maximum ⁊
primũ mãdatũ. Scd̃ꝫ aũt simile est
huic: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teip̃ꝫ.
In his duobus mãdatis vniuersa
lex pẽdet ⁊ ꝓphete. Cõgregatis aũt
phariseis interrogauit eos iesus di
cẽs: Quid vobis videt̃ de christo:
Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid.
Ait illis. Qũo ergo dauid ĩ spũ vo
cat euꝫ dñꝫ dicens: Dixit dñs dño
meo: sede a dextris meis. Donec
ponã inimicos tuos scabellum pe-
dũ tuoꝝ. Si ergo dauid vocat euꝫ
dominum: qũo filius eius est? Et ne
mo poterat respõdere ei verbuꝫ ne
qꝫ ausus fuit quisq̃ꝫ ex illa die eum
amplius interrogare. Offer. San
ctificauit moyses altare dño offerẽs su
per illud holocausta ⁊ immolans victi-
mas fecit sacrificiũ vesp̃tinũ in odoreꝫ
suauitatis dño d̃o ĩ cõspectu filioꝝ isl̃r.
Deus q nos ꝑ huius Secre.
sacrificij venerãda cõmercia
vnius summeqꝫ diuinitatis partici
pes efficis: p̃sta q̃s: vt sicut tuam co
gnoscimus veritatẽ: sic eaꝫ dignis
mẽtibus ⁊ morib⁹ asseq̃mur. Per.
Cõm. Tollite hostias ⁊ ĩtroite ĩ atria
eius: adorate dñm in aula sancta eius.
Gratias tibi referim⁹ Cõpl̃.
dñe sacro munere vegetati: tu
am misericordiã de precãtes: vt di-
gnos eius nos participatione perfi
cias. Per. ¶ Feria quarta ad co-
rin. vj. c. epl̃e. j.
Frẽs: Os no
strũ patet ad vos o corinthij
cor nr̃ꝫ dilatatũ est: nõ angustiami
ni in nobis: angustiamini aũt in vi
sceribus vestris. Eandẽ ãt hab ẽtes
remunerationẽ tanq̃ꝫ filijs dico. Di
latamini ⁊ vos nolite iugũ ducere
cũ infidelibus. Que eniꝫ participa
tio iusticie cum iniqtate? aut q̃ socie
tas luci ad tenebras? Que auteꝫ cõ
uẽtio christi ad belial? aut q̃ ꝑs fide
li cũ ĩfideli. Quis aũt ꝯsensus tẽplo
dei cũ idolis? vos. n. estis tẽplũ dei
viui. Scd̃m mattheũ. xiij. cap̃.
In illo tpe: dixit iesus discipu-
lis suis ꝑabolã hãc: Sil̃e factũ est re
gnũ celoꝝ hoĩ q seminauit semẽ bo
nũ ĩ agro suo. Reqre dñica. v. post
nat. dñi. ¶ Fer̃. vj. ad corinth. vj. c.
Frẽs: nescitis qm̃ iniq regnũ
dei nõ possidebũt. Nolite er-
rare: neqꝫ fornicari: neqꝫ idolis ser

uientes: neqz adulteri: neqz molles: neqz masculorum concubitores: neqz fures: neqz auari: neqz ebriosi: neqz maledici: neqz rapaces regnum dei possidebunt. Et hec aliqñ qdez fuistis: sed abluti estis sed sanctificati estis. Sed iustificatis estis in nomine dñi nostri iesu chr̃i: ⁊ in spiritu dei nostri. Scdm mattheũ.xiij.ca.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc: Simile ẽ regnũ celoꝝ grano synapis: quod accipiẽs hõ seminauit in agro suo. Quod minimũ quidẽ est oĩbus seminibus: cum autez creuerit maius ẽ oĩbus holeribus: ⁊ fit arbor: ita vt volucres celi veniant ⁊ habitẽt in ramis eius. Aliam quoqz parabolã locutus est eis dicens. Simile est regnũ celoꝝ fermẽto: qđ acceptũ mulier abscondit in farine satis tribus donec fermentatũ est totum. Hec oĩa locutus est iesus in parabolis ad turbas: ⁊ sine parabolis nõ loq̃bat̃ eis vt impleretur quod dictuz erat per ꝓphetã dicentẽ. Aperiã in parabolis os meum: ⁊ eructuabo abscõdita a cõstitutione mundi. ¶ Dñica.xix. Intr.



Alus ppl̃i ego suz dicit dñs: de quacũqz tribulatiõe clemauerint ad me exaudiaz eos: ⁊ ero illorũ dñs ĩ perpetuũ. ꝑs. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Oratio.

Omnipotẽs ⁊ misericors đs: vniuersa nobis: aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mente ⁊ corpore pariter expediti que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per. Lectio ad ephesi.iiij.c.

Frẽs: Reno uamini spũ mẽtis vestre: ⁊ induite nouũ hoĩem q scdm deuz creatus ẽ ĩ iustitia ⁊ sanctitate veritatis. Propter qđ deponẽtes oẽ mendaciũ loquimini veritatẽ vnusquisqz cũ proximo suo: qm̃ sumus inuicẽ mẽbra. Irascimini ⁊ nolite peccare sol nõ occidat sup iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo: q furabatur iã non furetur: magis aũt laboret operando manibus suis qđ bonũ est: vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patiẽti. Gra. Dirigatur oratio mea sicut incẽsuz in cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Alr. ℣. Laudate dñm omnes gẽtes: laudate eũ oẽs populi. Scdm mattheum. ix. cap.

In illo tpe: Ascendẽs iesus in nauiculã: transfretauit ⁊ venit in ciuitatem suã. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacẽtem in lecto. Et videns iesus fidem illorum dixit paralytico. Confide fili: remittũtur tibi peccata tua: ⁊ ecce quidã de scribis dixerunt intra se: hic blasphemat. Et cuz vidisset iesus cogitationes eorum: dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vr̃is. Quid ẽ facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: surge ⁊ ambula vt sciatis autem quoniaz filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum ⁊ va-

de in domũ tuã. Et surrexit z abijt in domũ suam. Videtes aũt turbe timuerũt: z glificauerũt deũ q dedit ptãtẽ tale hoibus. Offer. Si ambulauero i medio tribulatiões viuificabis me dñe: z sup iram inimicoꝝ meorum extendes manum tuam z saluum me fecit dextera tua. Secreta. Hec munera qs dñe q oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per. Cõ. Tu mandasti mãdata tua custodiri nimis: vtinã dirigant vie mee ad custodiẽdas iustificationes tuas. Complen. Ua nos dñe medicinalis opatio: z a nris puersitatib⁹ cleméter expediat: z tuis semper faciat ihrere mãdatis. Per. ¶ Feria quarta ad thessallonicenses. ij.c. eplẽ.ij.

Frés: State z tenete traditiones qs didicistis siue p sermoné: siue p epl̃az nr̃az. Ipse aũt dñs nr̃ ihesus chr̃istus: z deus pr̃ nr̃ q dilexit nos: z dedit cõsolationé eternam z spem bonã in gr̃a: exhortetur corda vr̃a: z cõfirmet in oi ope z sermone bono. De cetero frés orate pro nobis: vt sermo dñi currat z glificet sicut z apud vos vt z liberemur ab importunis z malis hoibus. Nõ eniz est oiuz fides: fidelis aũt dñs est q: cõfirmabit vos: z custodiet a malo: Cõfidimus aũt fratres de vobis in dño: qm̃ ea q̃ pcepimus z facitis z facietis. Deus autez dirigat corda vestra i charitate dei z patiẽtia chr̃isti. Scõm matthẽum. xiij. cap.

In illo tpe: Accesserunt ad ihesum discipuli eius dicentes: Edisse nobis parabolã zizanioꝝ agri. Qui rñdens ait: Qui seminat bonũ semẽ est filius hois: ager autem est mũdus: bonũ vero semẽ hi sunt filij regni. Zizania ãt filij sunt neqz: inimic⁹ aũt q seminauit eã ẽ diabolus: messis vero cõsummatio seculi ẽ: messores ãt angeli sunt. Sicut ergo colliguntr̃ zizania z igni cõburũtur: sic erit i cõsummatiõe scli. Mittet fili⁹ hois angelos suos: z colligẽt de regno ei⁹ oia scãdala: z eos q faciũt iniqtatẽ z mittẽt eos i caminuz ignis. Ibi erit fletus z stridor dẽtiũ. Tũc iusti fulgebũt sicut sol: i regno pr̃is eoꝝ. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria sexta Lectio epistole beti Joãnis apli. v. eplẽ pr̃ime.

Carissimi: Dis qui credit qm̃ ihesus est xp̃s: ex deo natus est: z ois q diligit eũ qui genuit: diligit z eũ q natus est ex eo. In hoc cognoscimus qm̃ diligimus natos dei: cũ deũ diligamus z mandata eius faciamus. Hec est enim charitas dei: vt mãdata eius custodiamus: z mãdata eius grauia non sunt: qm̃ oẽ qd̃ natũ est ex deo: vicit mũdũ. Scõm

In illo tpe: matthẽũ. xxiiij. ca.

Interrogatus ihesus a discipulis suis de cõsummatiõe seculi dicit eis: Cũ videritis abhominationez desolationis que dicta est a daniele pphẽta stantẽ in loco sancto: tunc qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes: z qui in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua: z q in agro suo non reuertatur tollere tunicam suã. Ue autem pregnantibus z nutrientibus in illis diebus. Orate autem

vt nō fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna: qualis nō fuit ab initio mūdi vsq; modo neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salua omnis caro. Sed ꝓpter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si qs vobis dixerit: ecce hic est christus: aut ecce illic nolite credere. Surgēt enim pseudo christi: ⁊ pseudo prophete: ⁊ dabūt signa magna ⁊ prodigia: ita vt in errorē inducantur si fieri potest ēt electi: ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto ē: nolite exire: ecce i penetralibus: nolite credere: Sicut enim fulgur exit ab oriente ⁊ paret vsq; in occidentem: ita erit ⁊ aduentus filij hois. vbicūq; fuerit corp⁹ illuc cōgregabuntur ⁊ aquile. Statim āt post tribulationem dierum illoruꝫ sol obscurabitur: ⁊ luna non dabit lumen suum: ⁊ stelle cadent de celo: ⁊ virtutes celorum cōmouebunt. Et tunc apparebit signū filij hois in celo: ⁊ tunc plāgēt oēs tribus terre ⁊ videbunt filiū hois veniētē in nubibus celi: cū virtute magna ⁊ maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba ⁊ voce magna ⁊ cōgregabūt electos ei⁹ a q̄ttuor vētis: a sūmis celoruꝫ vsq; ad terminos eoꝝ.



¶ Dñica.xx. Introit⁹. Omnia que fecisti nobis domine: i vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi: ⁊ mādatis tuis nō obediuimus. Sꝫ da gloriam nomini tuo ⁊ fac nobiscum scōm multitudinem misericordie tue. ℘s. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Largire q̄s dñe fidelibus tuis idulgētiā placat⁹ ⁊ pacē: vt pariter ab oībus mundentur offensis: ⁊ secura tibi mente deseruiāt. p. Ad Fratres: Vide ephesios. v. c. Te itaq; qūo caute ambuletis: nō q̄si insipiētes: sed vt sapientes redimentes tēpus: q̄m dies mali sunt propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligētes q̄ sit volūtas. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini spū sancto loquentes vobismetipsis in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis spiritualibus: cantantes ⁊ psallentes in cordibus vestris: deo gratias agentes semper pro omnibus. In nomine dñi nostri iesu chri deo ⁊ patri subiecti inuicem in timore christi. Gradua. Oculi omniū i te sperāt dñe: ⁊ tu das illis escā in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manū tuā ⁊ imples oē aīal būdictione. Alla. ℣. Qui cōfidunt in dño sicut mōs sion: nō cōmouebit in eternuꝫ q̄ habitat i hierl̄z. Scōz matt. xxv. c. In illo tpe: Loquebatur iesus discipulis in parabolis dicēs: Simile factū ē regnū celoꝝ hoī regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis ecce prandium meum parauī: thauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt ⁊ omnia parata: venite ad

nuptias. Illi aūt neglexerūt: ⁊ abierunt: alius in villā suā: alius v̄o ad negociationē suā: reliq vero tenuerūt seruos suos: ⁊ contumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus est: ⁊ missis exercitib⁹ suis: ꝑdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatez illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis: Nuptie qdē parate sunt. Sed q inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exit⁹ viaꝝ: ⁊ quoscūqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: ꝯgregauerunt oēs quos inuenerūt bonos ⁊ malos: ⁊ īplete sunt nuptie discūbētiū. Intrauit aūt rex vt videret discūbētes: ⁊ vidit ibi hoīem nō vestitū veste nuptiali: ⁊ ait illi. Amice quomodo huc ītrasti nō hn̄s vestē nuptialez? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ eius mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dētiuz. Mlti. n. sūt vocati: pauci v̄o electi.

Offe. Sup flūina babylōis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹ dū recordaremur tui sion.

Celestē nob̄ p̄beāt hec Secre. mysteria q̄s dn̄e medicinā: ⁊ vitia nostri cordis expurgēt. Per.

Cō. Memēto verbi tui seruo tuo dn̄e in quo mihi spez dedisti hec me cōsolata est in humilitate mea. Cōpl.

Vt sacris dn̄e reddamur digni muneribus fac nos q̄s tuis obedire mandatis. Per. ¶ Feria. iiij. ad Athessallonicēses. iij. ca. epl'e. ij.

Fratres: Denūciamus vobis ī noīe dn̄i nostri iesu christi: vt subtrahatis vos ab oī fratre ambulante inordinate: ⁊ nō scd̄m traditiōez quā acceperūt a nobis: ipsi enī scitis quēadmodū oporteat imitari nos: qm̄ nō in qete fuimus īter vos. Neqz gratis panē māducauimus ab aliquo: sz in oī labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die operātes: ne quē vestrū grauaremus nō quasi nō habuerimus ptātem: sed vt daremus nosmetipsos formam vobis ad imitādum nos. Naz ⁊ cū essemus apud vos: hoc denunciabamus vobis: qm̄ si quis nō vult operari nec māducet. Audiuimus enim inter vos quosdā ambulare inqete nihil operantes: sed curiose agētes. His autem qui eiusmodi sunt denūciam⁹: ⁊ obsecramus in dn̄o iesu christo: vt cum silentio operantes suuz panez manducēt: vos autē fratres nolite deficere benefaciētes: ī christo iesu domino nr̄o. Scd̄m lucā. xiiij. c.

In illo tp̄e: Dicebat iesus cuidā principi phariseorum. Cuz facis prādiū aut cenaz: noli vocare amicos: neqz fratres tuos: neqz cognatos aut vicinos: neqz diuites: ne forte ⁊ ipsi te reinuitēt: ⁊ fiat tibi retributio. Sed cū facis ꝯuiuiū voca paupes: debiles: claudos: cecos: ⁊ beatus eris qz nō hn̄t retribuere tibi. Retribuet̄ enim tibi in resurrectione iustoꝝ. Hec cū audisset qdā de simul discumbentibus: dixit illi: Beatus qui manducabit panez in regno dei. ¶ Feria. vj. Lectio epl'e beati ioannis apostoli. v. epl'e p̄me.

Carissimi: Scimus quia omnis q nat⁹ est ex deo nō peccat sz gn̄atio dei ꝯseruat eū: ⁊ malign⁹ nō tanget eū: scimus quia ex deo su

mus: ⁊ mūdus totus i maligno positus ē. Et scim⁹ qm filius dei venit ⁊ dedit nob sensuz: vt cognoscam⁹ deū vez: ⁊ simus in vero filio eius. Hic est verus deus ⁊ vita eterna.

In illo tpe: dixit Scōz lucā. vi. c. ihesus discipulis suis: Beati eritis cū vos oderint hoies: ⁊ cū separauerint vos ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint nomē vrz tāqz malū pp filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo: sm hec enim faciebant pphetis pres eoz: verūtn ve vobis diuitibus q habetis consolationez vestraz. Ve vobis q saturati estis: qz esurietis. Ve vobis q ridetz nūc qz lugebitis ⁊ flebitis. Ve cū bndixerint vobis oēs hoies: srz hec faciebāt pseudo pphetis pres eoz. Sz vobis dico q auditis. Diligite inimicos vestros: bnfacite his q vos oderūt: bndicite maledicētibus vos: orate p calūniātibus vos. Et q te pcutit in maxillā pbe ei ⁊ alteram: ⁊ ab eo q aufert tibi tunz vestimētū: etiā tunicā noli ei prohibere. Omni autē petenti te tribue: ⁊ qui aufert q̄ tua sunt ne repetas. Et prout vultis: vt faciant vobis hoies: ⁊ vos facite illis silr. Et si diligitis eos q vos diligunt: q̄ vobis est gratia. Naz ⁊ peccatores diligētes se diligūt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: que vobis est gratia: Siquidem ⁊ peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis accipere: que gratia vobis est. Nam ⁊ peccatores a peccatoribus fenerantur: vt recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros ⁊ benefacite ⁊ mutuuz date: nihil inde sperantes: ⁊ erit merces vestra multa in celo.

¶ Dominica.xxi. Introitus.



In volūtate tua dne vniuersa sūt posita: ⁊ nō est q possit resistere volūtati tue: tu enim fecisti oia: celū ⁊ terram: ⁊ vniuersa que celi ambitu cōtinent dominus vniuersoz tu es. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio. Amiliā tuā qs dne continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegēte sit libera: ⁊ in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per. Ad ephesios. vi. ca. Fratres: Cōfortamini i dño ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem sed aduersus principes ⁊ potestates: aduersus mundi rectores tenebraruz haz contra spiritalia neqtie in celestibus: ppterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo: ⁊ in oibus pfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros in veritate: ⁊ induti lorica iustitie: ⁊ calciati pedes in ppatione euāgelij pacis: in oibus sumētes scutū fidei: i quo possitis oia tela neqssimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: ⁊ gladiuz spiritus qō est vbū dei. Gra. Dne refu

gium factus es nobis: a generatione ⁊ progenie. ℣. Priusq̃ montes fierent aut formaret terra ⁊ orbis a seculo: ⁊ in seculũ tu es deus. Alla. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationem meã. Scõm ioannem.iiij.c.

IN illo tpe: Erat quidam regulus: cuius filius ĩfirmabat capharnaũ. Hic cũ audisset qꝛ iesus veniret a iudea in galileaꝫ: abijt ad eum ⁊ rogabat eũ: vt descenderet ⁊ sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad euꝫ: Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis non credetis. Dicit ad eũ regulus: Dñe descende priusq̃ moriat filius meus. Dicit ei iesus: Uade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei iesus: ⁊ ibat. Jã aũt eo descendente: serui occurrerũt ei ⁊ nũciauerũt dicẽtes: qꝛ filius eiꝰ viueret. Interrogabat ergo horã ab eis ĩ q̃ melius habuerit. Et dixerũt ei: Quia heri hora septima reliqt eũ febris. Cognouit ergo pr̃ qꝛ illa hora erat: ĩ q̃ dixit ei iesus: filius tuus viuit: ⁊ credidit ipse ⁊ domꝰ eiꝰ tota. Offer.

Vir erat ĩ terra noĩe iob simplex ⁊ rectus ac timẽs deũ quẽ sathan petijt: vt tẽtaret: ⁊ data est ei potestas a domino in facultate ⁊ ĩ carne eius: ꝑdiditq̃ omnem substantiam ipsius ⁊ filios: carneꝫ quoq̃ eius graui vlcere vulnerauit.

SUscipe dñe ꝓpitiꝰ hostias qbus ⁊ te placari voluisti: ⁊ nobis salutem potenti pietate restitui. Per. Com̃. In salutari tuo anima mea: ⁊ in verbũ tuuꝫ superspera ui. quando facies de persequẽtibus me iudiciũ iniqui persecuti sunt me adiuua me dñe deus meus. Complenda.

IMmortalitatis alimoniaꝫ cõsecuti quesumus domine: vt qd̃ ore percepimus pura mente sectemur. Per dñꝫ. ¶ Feria.iiij. ad thimotheum.vj.capitulo epl̃e prime.

CArissime: Nihil intulimus ĩ hũc mũdum haud dubiũ qꝛ nec auferre aliqd possumus: habẽtes autem alimẽta: ⁊ quibus tegamur his ꝯtẽti simus. Nam q volũt diuites fieri: ĩcidũt tentationem: ⁊ laqueum diaboli: ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua que mergũt homines in interitũ ⁊ ꝑditionez. Radix enim omniũ maloꝝ est cupiditas. Quã quidẽ appetẽtes errauerunt a fide: ⁊ inseruerũt se doloribus multis. Tu ãt homo dei hec fuge: sectare vero iustitiam: pietatẽ: fidẽ: charitatem: patientiã mansuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei: apprehende vitã eternã ĩ qua vocatus es ⁊ ꝯfessus bonã ꝯfessionez coram multis testibus: ꝑcipio tibi corã deo qui viuificat oĩa in christo iesu: qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonã ꝯfessionem vt serues mandatũ sine macula irreprehensibile vsq̃ in aduentuꝫ domini nostri iesu christi. Scõm Lucam. vj.ca.

IN illo tpe: Factũ est in sabbato vt intraret iesus in synagogam ⁊ docebat: Et erat ibi homo: ⁊ manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribe ⁊ pharisei: si ĩ sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: ⁊ ait homini q habebat manũ aridã. Sur-

ge ⁊ sta in mediũ. Et surgens stetit. Ait autez iesus ad illos: Interrogo vos si licet sabbato benefacere: an male. animaz saluã facere: an perdere? Et circũspectis oĩbus: dixit homini. Extende manũ tuam ⁊ extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipiẽtia: ⁊ colloquebant ad inuicẽ qdnã facerẽt de iesu. ¶ Feria.vj. Ad roma.v. ca.

FRatres: Regnauit mors ab adam vsqz ad moysen etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem preuaricationis ade: qui est forma futuri. Sed non sicut delictum: ita ⁊ donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei: ⁊ donuz in gratia vnius hominis iesu christi ĩ plures habundauit. Et non sicut per vnum peccatum: ita ⁊ per donum. Nam iudicium ex vno in condẽnationez gratia aũt ex multis delictis in iustificationem. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnũ: multo magis habundantiam gratie ⁊ donationis ⁊ iustitie accipientes in vita regnabunt: per iesum christum dominum nostrum.

I Scdm mattheum. viij. capitu.

In illo tempore: Cum venisset iesus in domum petri: vidit socrum eius iacentem ⁊ febricitantem: ⁊ tetigit manum eius ⁊ dimisit eam febris: ⁊ surrexit ⁊ ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eijciebat spiritus verbo ⁊ omnes male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per prophetam esaiaz dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: ⁊ egrotationes nostras portauit. ¶ Dñica.xxij. Intr.



Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit: qꝛ apud te propitiatio est deus israel. ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. Oro.

felicis ⁊ fortunati festiuitate nos letificet: presta qs: vt quorum solemnitate gaudemus: psidio muniamur. Per dominum nostrū. Cō. Justorum anime. clxxxviij. Complē. Celebrantes que pro beator martyr tuor felicis ⁊ fortunati beata passione peraginus: ipsorum nobis quesumus fiat intercessione salutaris: in quorum natalicijs sunt exultanter impleta. Per dñm nr̄m. ℂ In vigilia assumptionis bt̄e marie virginis. Introitus. Salue sancta parens. ccviij. Oratio. Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus: vt sua nos defensione munitos: iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui cum de. Lectio. Sapientia laudabit. ccij. Gradua. Bñdicta ⁊ venerabilis. Scōm lucam. xj. capi. In illo tempore. Extollens vocem quedā mulier de turba: dixit ad iesum. Beatus venter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati q audiūt verbum dei ⁊ custodiunt illud. Offer. Felix nāq;. ccviij. Sec. Recordare vir Munera nr̄a go. ccviij. Secr. Qs dñe apud tuam clementiam dei genitricis cōmendet oratio: quā idcirco de pñti seculo transtulisti: vt apud te pro peccatis nr̄is fiducialr̄ intercedat. p. Prefatio quotidiana. Com. Beata viscera. ccviij. Concede misericors Cōpl. deus fragilitati nr̄e psidium: vt qui sancte dei genitricis marie requiem celebramus: intercessionis eius auxilio a nr̄is iniqtatib⁹ resurgamus. per eundē dñm. In die sctō



Ultū tu. Intro. umde precabunt oēs diuites plebis: adducent regi virgines post eā proxime eius: adducent tibi in letitia ⁊ exultatione. ℣. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Ofo. Amulor tuor quesumus domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nr̄is non valemus genitricis filij tui dñi dei nr̄i inter cessione saluemur. Qui te cum. Cō libri sapiētie. Ecclīastici. In omnibus requiē que xxiij. ca. fui: ⁊ in hereditate dñi morabor. Tunc precepit ⁊ dixit mihi creator omnium: ⁊ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: ⁊ dixit mihi. In iacob inhabita: ⁊ in israel hereditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et sic in sion firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine sanctor detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: ⁊ quasi cipressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum in cades ⁊ quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in cāpis: ⁊ quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cinamomum ⁊ balsamum aromatizāns: odorē dedi. Quasi myrrha electa

dedi suauitatē odoris. Grad. Propter veritatem. Alla. ℣. Assumpta est maria i celū: gaudet exercit' āgeloꝝ.

Congaudent angeloꝝ Sequē. chori gloriose virgini. Que sine virili cōmixtione genuit. Filium qui suo mundū cruore medicat. Nā ipsa letat' ꝙ celi iam conspicat' principem. In terris cui quondā sugēdas virgo māmillas p̄buit. Quā celebris angelis maria iesu mr̄ credit'. Qui filij illius debitos se cognoscunt famulos. Qua gloria in celis ista virgo colitur. Que dño celi p̄buit hospitium sui sanctissimi corporis. Quā splēdida polo stella maris rutilat. Que oīum lumen astroꝝ ⁊ hoīum atq; spirituum genuit. Te celi regina hec plebecula pijs concelebrat mentib'. Te cantu melodo super ethera vna cū angelis eleuat. Te libri virgo cōcinunt prophetaꝝ: chorus iubilat sacerdotuꝫ: apostoli christiq; martyres predicant. Te plebis sexus sequit' vtriusq; vitā diligens virginalem celicolas in castimonia emulans. Ecclesia ergo cuncta te cordibus teq; carminibus venerans. Tibi suam manifestat deuotionem precatu te supplici implorans maria. Vt sibi auxiliū circa christū dñm esse digneris per euū. Scdm lucā. x.

In illo tempore. Intrauit iesus in quoddam castellum: ⁊ mulier quedam martha nomine excepit illum in domū suā. Et huic erat soror: noīe maria. Que etiā sedens secus pedes dñi: audiebat verbuꝫ illius. Martha aūt satagebat circa frequens ministerium. Que stetit ⁊ ait. Domine: nō est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus: Martha martha solicita es: ⁊ turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partē elegit que non auferetur ab ea. Offerto. Aue maria gratia plena dñs tecum bñdicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Intercessio quesumus domine beate marie semp virginis munera tibi cōmendet: nosq; in eius veneratione maiestati tue reddat acceptos. per. Cō. Dilexisti iustitiā. cciij.

Mense celestis participes effecti: imploramus clementiam tuam domine deus noster: vt qui festa beate marie dei genitricis colimus: a malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem dominum nostrum. ¶ Infra octauaꝫ assumptionis beate marie: ⁊ in die octaue fit idem officium ad missam qd̄ i die. Et dr̄ secunda oratio de sancto laurentio: tertia ad placituꝫ. ¶ In octaua sancti laurentij. Introitus. Cōplē.



Probasti dñe cor meum ⁊ visitasti nocte igne me examinasti ⁊ nō est inuenta i me iniqtas. ps. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meaꝫ. Oratio.

Excita domine in ecclesia tua spiritum: cui beatus laurentius leuita seruiuit: vt eodem nos re

plente spiritu studeamus amare qō amauit: ⁊ opere exercere qō docuit. Per eiusdem. Epistola. Qui parce semi. clxxxiij. Gradu. Justus non conturbabit. cxcvj. Alla. ℣. Gloria ⁊ honore coronā. cxcvj Euangel. Nisi granum frumēti. clxxxiij. Offerto. In virtute. cxcvij. Sec. Acrificium nostruz tibi dñe qs beati laurentij precatio sancta cōciliet: vt cuius honore solēniter exhibet: meritis eius efficiatur acceptuz Per. Com. Qui vult venire. cxcvij. Supplices te rogamus Cōpl. oipotens deus: vt quos donis celestibus satiasti: intercedēte beato laurētio martyre tuo: ppetua ptectione custodias. Per. ¶ Agapiti martyris. Intro. Letabitur iustus in domino. cxcvij. Oro. Etetur ecclesia tua deus: beati agapiti martyris tui cōfisa suffragijs: atq; eius precibus gloriosis ⁊ deuota permaneat: ⁊ secura consistat. per. Gra. Posuisti dñe. cxcvj. Alla. ℣. Beatus vir qui timet dñm. cxcvj. Offer. In virtute tua. cxcvij. Suscipe dñe munera Secre. que in eius tibi solēnitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. p. Cō. Magna est gloria. cxcvij. Complenda. Atiasti domine familiā tuam muneribus sacris eius quesumus semp interuentione nos refoue: cuius solēnia celebramus. Per dominū nostruz iesum ¶ Bernardi ꝓfessoris. Intro. Os iusti me. cxcvij. Gradua. Domine preueniſti. cxcvi. Alla. ℣. Inueni dauid. cxcix. Offer. Desiderium anime tribuisti. cxcvij. Cō. Beatus seruus qué. cc. Oratio. ⁊ cetera omnia de communi vniuz simplicis confessoris. ¶ In festo donati ⁊ sociorum eius martyruz. Epistola. Sapientiam antiquoruz cxcij. Gra. Justorum anime. cxcij. Alla. ℣. Corpora sanctorum. cxcij. Offertoriū. Letamini in dño. cxciiij. Cō. Justorum aie. cxxxviij. Cetera de communi plurimorum martyrum. ¶ In octaua assumptionis omnia vt supra in die ſacto. ¶ In festo sanctorum hermogenis ⁊ fortunati. Introitus. Justi epulentur Omnipo/ ⁊ ex. cxc. Oratio. tens sempiterne deus propitiare nobis famulis tuis: per beatorum martyrum tuorum hermogenis ⁊ fortunati quorum corpora in aquileyensi ecclesia requiescūt merita gloriosa: vt eorum pia intercessione ab omnibus protegamur aduersis: ⁊ celestibus muniamur auxilijs. Per dominum nostrum iesum christum. Gradule. Justorum anime. cxcij. Alleluia. ℣. Corpora sanctorum in. cxcij. Offertorium. Letamini in dño. cxciiij. Oblatis quesumus Secre. domine placare muneribus ⁊ intercedentibus sanctis tuis hermogene ⁊ fortunato: a cunctis nos defende periculis. Per dominuz nostrum iesum christum. Cōm. Justorum anime. clxxxviij. Cōplen. Hec nos domine communio purget a crimine: ⁊ intercedentibus sanctis martyribus tuis hermogene ⁊ fortunato: celestis re

mediꝰ faciat esse consortes. Per dominum nostrum. ℂ In vigilia bartholomei apostoli omnia per totū: vt in cōmuni habeť. ℂ In die sctō. Intr̄. Mihi aūt nimis. clxxxviij.

Omnipotens sempiterne deus: qui huiuꝰ diei venerandam sanctamq; leticiam in beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quesumus id amare quod credidit: ⁊ predicare quod docuit. per dominum nostrum ihesum ch̄m. Epla. Scimus qm̄ diligētibus. clxxxviij. Grad. In omnem terram. clxxxviij. Alleluia. ℣. Non vos. clxxxviij. Sequētia. Clare sanctorum senatus aposto. clxxxix. Scōm lucā. xxij. ca.

In illo tempore: Facta est contētio inter discipulos ihesu: qs eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: Reges gētium dominātur eorum: ⁊ qui potestatem habēt super eos benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior: ⁊ qui precessor est sicut ministrator. Nā quis maior est: qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Vos aūt estis qui p mansistis mecum in tētationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis ⁊ bibatis super mensam meā in regno meo: ⁊ sedeatis super thronos iudicātes duodecī tribuꝰ isrl. Credo. Of. In oēm terrā. cxc.

Beati apli tui bartholomei cuius solennia recensemus: qs dñe: vt auxilio eius tua beneficia capiamus: pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per dñm. Cō. Vos qui secuti. cxc. Cōplēda.

Beati apli tui bartholomei qs dñe intercessiōe nos adiuua: pro cuius solēnitate pcepimus tua sctā letantes: p. ℂ Timothei ⁊ simphoriani. Intro. ad placitū Salus Auxilium tuū aūt. cxc. Dio. Nobis dñe placatus intende: ⁊ intercedētibus beatis martyribus tuis timotheo ⁊ simphoriano dextera sup nos tue ꝓpiciationis extē de. p. Gra. Justos aie. cxcij. Alla. ℣. Justi autem. cxcij. Offertorium. Mirabilis deus. cxciij. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio: p tuoꝝ honore sanctoꝝ: quoꝝ se meritis pcepisse de tribulatiōe cognoscit auxiliū. Per. Cōm. Ego vos e. cxciij. Complen.

Diuini muneris largitate satiati: qs dñe deus noster: vt intercedentibus beatis martyribus tuis timotheo ⁊ simphoriano eoꝝ semp participatione viuamus. per. ℂ In trāslatione sanctorū martyrum hermacore ⁊ fortūati. Introitus. Justi epulent. cxc. Dio.

Deus qui hodierna die gloriosa beatorum martyrum tuorum hermachore ⁊ fortunati membra nobis famulis tuis reuelare dignatus es: concede propitius vt qui eorum corporum translationem venerando colimus: ipsorum beatitudini te concedente adiūgi mereamur. Per dominum. ℂ De inde fit memoria de sanctis hermete

D ⁊ pelagio martyrib⁹. Or̄o.
Eus q beatos martyres tuos hermetem ⁊ pelagiuz virtute cōstantie in passiōe roborasti: ex eoꝝ nob̄ imitatiōe tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum iesum christū.

O ¶ De sancto daniele. Or̄o.
Omnipotens sempiterne de⁹ qui sedatis leonum cruentis faucibus famulum tuum danielem illesum conseruare dignatus es: quiqz eorum dentibus eos ad deuorandum tradidisti: qui prophetam tuum falsis assertionibus extinguere nitebantur: da ecclesie tue de tanto gaudere patrono quem celi participem fecisti esse ī regno. Per dominum nostrum iesum. Gradua. Gloriosus deus. cxcij. Alla. ℣. Corpora scōꝝ. cxcij. Sequentia. Agone triumphali. cxcij. Offertorium. Exultabunt scti. cxciiij. Secreta.

Munera humilitatis nostre domine sanctorum martyrum tuorū hermachore ⁊ fortunati gloriosa solēnitate atqz translatione offerētes: quesumus propitius respicere dignare: ⁊ ipsorum intercessione taz ad profectum vite q̄z anime salutari nobis consueta miseratione prouenire concede. Per dn̄m. ¶ De sanctis hermete ⁊ pelagio. Secreta.

Sacrificiū laudis tibi domīe offerimus: in tuorū commemoratione sanctoruz: q̄sumus: vt quod illis contulit gloriam: nobis prosit ad salutem. Per dominum nr̄m. De sancto daniele. Secreta.

In cōspectu diuine maiestatis tue domine hanc placationis hostiaz beati danielis intercessio veneranda commendet: que quidem angelicis tibi manibus oblata: tuaqz dextera benedicta: ab omni nos reddat peccatorum labe purgatos. Per dominuz. Com. Et si coram. cxciiij. De sanctis hermachora ⁊ fortunato. Cōp.

Sumentes domine celestis dona mysterij: quesumus: vt sanctorum martyrū tuoruz hermachore ⁊ fortunati adiuuemur meritis: quorum solēnitatem debita veneratione celebramus. Per dominum. De sancto hermete ⁊ pelagio. Complen.

Repleti domine benedictione celesti: quesumus clementiam tuaz vt intercedentibus sanctis martyribus tuis hermete ⁊ pelagio que humiliter gerimus: salubriter sentiamus. Per. ¶ De sancto daniele. Complē

Sacri corporis ⁊ preciosi sanguinis tui libamen sumentes: quesumus clementiam tuam vt intercedente beato propheta tuo daniele: per hoc ip̄m in te nos manere facias recte viuendo: ⁊ te in nobis manifestes semp solatium exhibendo. Qui cum deo patre ⁊ spiritu s. ¶ Augustini ep̄i. Introit. In medio ecclesie. xij. Ora.

Adesto supplicationibus nostris oīpotens deus: vt qbus fiduciā sperāde pietatis indulges: intercedēte btō augustino cōfessore tuo atqz pōtifice: cōsuete misericordie tribue benign⁹ effectū. Per dn̄z. Epistola Testificator. cxcviij.

Gra. Ecce sacerdos. cxcix. Allelu ia. ℣. Jurauit dñs. cxcix. Sequētia.

De profundis tenebraꝝ mundo lumen exit clarū ⁊ scintillat hodie. Olim qdem vas erroris augustinus vas honoris dat' ē ecclesie. Verbo dei dum obedit: credit errans ⁊ accedit ad baptismi gratiā. Quā in primis tuebatur verbis: scriptis execratur erroris fallaciam. Firmans fidez firmans mores: legis sacre peruersores verbi necti gladio. Obmutescit fortunatus cedunt manes ⁊ donatus tante lucis radio. Mundus marcens ⁊ inanis ⁊ doctrinis tritus vanis per pestem hereticam. Multum cepit fructum ferre dum in fines orbis terre fidem sparsit vnicam. Clericalis vite formam: conquadrauit iuxta normam cetus apostolici. Qui quippe nil habebant tanq̄z suum sed viuebant in cōmuni clerici. Hic multorum pro salute diu viuens in virtute: tandem bona senectute dormiuit cū patribus. In extremis nil legauit qui nil suum estimauit immo totum reputauit commune cum fratribus. Salue gemma cōfessorum lingua christi vox celorū: scriba vite lux doctoruz presul beatissime. Qui te patrem venerantur te doctore consequantur vitam in qua gloriantur beatorum anime. Euangelium. Vos estis sal ter. cxcix. Credo. Offerto. Inueni dauid. cc. Secreta

Sancti augustini confessoris. tui ⁊ episcopi nobis dñe pia non desit oratio: que ⁊ munera nostra tibi conciliet: ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. per. Cō. Beatus seruus. cc. Complēda.

Vt nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus cōfessor tuus ⁊ pontifex augustinus: quesumus precator accedat. Per.

¶ In decollatione sancti ioannis baptiste. Intro. Justus vt palma florebit. cxcvij. Orō.

Sancti ioannis baptiste ⁊ martyris tui domine quesumus veneranda festiuitas salutaris auxilij nobis p̄stet augmentum. Per dominum nostrū. Lectio libri sapiētie. Eccl̄iasti. ci. xlix. ca.

Memoria iusti: in cōpositione odoris facti opus pigmētarij. In omni ore quasi mel indulcorabit' eius memoria: ⁊ vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus diuinitus in penitentiam gentis: ⁊ tulit abhominationes impietatis: ⁊ gubernauit ad dominuz cor suum: ⁊ in diebus peccatorum corroborauit pietatem. In diebus suis manauerunt putei aquarum: ⁊ quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suā: ⁊ liberauit eam a perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatez: qui adeptus est gloriam in cōuersatione gētis: ⁊ ingressuz domus ⁊ atrij. Nam male tractauerunt illum: qui a ventre matris consecratus est ꝓpheta. Euertere ⁊ re uertrre ⁊ perdere ⁊ iterū edificare ⁊ renouare. Amplificatus est quasi stella matutina in medio nebule: ⁊ quasi luna plena in diebus suis lucet: ⁊ quasi sol refulgens: sic ille refulsit in templo dei Grad. Justus vt palma. clxxxvij. Alle. ℣. Justus germīabit sicut liliū ⁊ florebit in eternū ante dñm. Seq̄n.

Psallite regi nostro psallite psallite: psallite prudenter. Nã psalterium est iocundum cũ cythara. Nato virginis quo psallens natus sterilis. Cythara3 carnis pcussit in domo domini. Dum qđ sonabat clamãdo: docuit viuendo. Mortificando que sup terrã sunt membra ꝛ hoc alios docendo. Preparans christo plebẽ pfecta3 ioãnes vox clamãtis in deserto. Sed vox hec impium herodem quem corripit minime corrigit. Naud tamen tacuit: sed aduq3 sanguinẽ sceleri restitit. Nõ licet inquit te fratris tui habere cõiugem raptam sibi. peccasti. quiesce: penitẽtibus sic pcepit dominus. Vocem incantantis sapiẽter herodes: vt aspis surda spernit ꝛ iustum sanctu3 ioãnem timet que3 vinxit in carcerẽ. Sedet in tenebris lucerna lucis amic⁹ dei omnipotens. Studet delicijs mundi huius princeps filius pditionis. Meretrix suadet: puella saltat: rex iubet sanctũ decollari. Dat rex saltanti caput ioãnis q sanctus ante fit q̃z nat⁹. An quomodo perit iustus: quasi nõ sit deo dilectus. Du3 sit eius preciosa mors hec in cõspectu dñi. Nos corde precipimus talis ac tantus est: qa conuicinus dignitate christo sit ꝛ morte. Nã morte turpissima dãnatur spõsus sponsi ꝛ amicu3 dãnat morte recte turpissima. Carcere carnis eductum quẽ ferũt psallẽdo celis angeli angelu3. Et nos in terris tibi psallere fac christe in memoriam baptiste. Herodis spreta quo mensa altaris tui mensa ipsum te dum sumimus semper tibi psallamus.

In illo tpe. Scõz marcũ. vj. ca. Misit herodes rex manus ac tenuit ioãnẽ: ꝛ vinxit eũ in carcerẽ: ppter herodiadẽ vxorem philippi fratris sui: q̃ duxerat eaz. Dicebat enĩ ioãnes herodi: Nõ licz tibi hꝫ vxorẽ fratris tui. Herodias autem insidiabaꝫ illi: ꝛ volebat eũ occidere nec poterat. Herodes aũt metuebat ioãnem: sciens eũ virz iustum ꝛ sanctũ ꝛ custodiebat eum. ꝛ audito eo multa faciebat: ꝛ libẽter eum audiebat. Et cũ dies oportunus accidisset: herodes natali suo cenã fecit principib⁹ ꝛ tribunis ꝛ primis galilee. Cũq3 introisset filia ipsius herodiadis: ꝛ saltasset ꝛ placuisset herodi simulq3 recumbentibus: rex ait puelle: Pete a me qđ vis: ꝛ dabo tibi. Et iurauit illi: q̃ quicquid petieris dabo tibi: licz dimidiũ regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit: Caput ioannis baptiste. Cunq3 introisset statim cum festinatione ad regem petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput ioannis baptiste. Et contristatus est rex: propter iusiurandum ꝛ propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore precepit afferri caput ioãnis in disco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco. Et dedit illud puelle: ꝛ puella dedit mri sue. Quo audito discipuli eius: venerunt ꝛ tulerunt corpus eius ꝛ posuerunt illud i monumẽto. Of. Glia ꝛ ho.

In tuorum domine preciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus: de quo martyrum sumpsit oẽ principium.

p. Cō. Magna ē gl'ia. cxcvij. Cōpl'.
Concede quesumus omnipotens deus: vt qui i sancti ioannis baptiste ⁊ martyris tui passione dona sacramenti percepimus eius interuentu auxilium tuuz sentiamus. Per dominū. ¶ In festo iuliani martyris. Introitus. Justus non contur. cxciiij. Oratio.
Propitiationem tuam domine supplices deprecamur: vt gloriosum martyrem iulianum triūpho nobili hodierna die ad celos euectum habeamus intercessorez: quē per te veneramur victorem dominum nostrum iesuz christū. Grad. Justus non contur. cxcvj. Alleluia. ℣. Justus germinabit. cxcix. Seqn. Spe mercedis. cxcvj. Euangelium. Si quis vult venire post me. cxcvj.
Of. Posuisti dñe. cxcvij. Sec.
Resta nobis quesumus omnipotens deus: vt nostre humilitatis oblatio: ⁊ pro tuorum tibi grata sit honore sanctorū: ⁊ nos emundet corpore pariter ⁊ sanctificet. Per dominum. Communio. Qui vult venire post me. cxcvij. Cōplen.
Sumptis domine sacramentis quesumus: vt interceden te beato iuliano martyre tuo ad redemptionis eterne proficiamus augmentū. Per dominum nr̄um. ¶ Felicis ⁊ adaucti martyrū. Introitus. Sapiētiaz sctōꝝ. cxc. Oro.
Maiestatem tuam domine supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum felicis ⁊ adaucti commemoratione letificas: ita semper eorum supplicatione defendas. Per dominum. Epistola. Lingua sapientium. cxcj. Gra. Gloriosus de⁹. cxcij. Alla. ℣. Sancti tui domine. cxcij. Euange. Descēdēs iesus de mōte. cxciij. Of. Letamini in domino. cxciiij. Secre.
Hostias dñe tue plebis intende ⁊ quas in honore sanctorum tuorum deuota mēte celebrat proficere sibi sentiat ad salutem. Per. Com. Qd dico vobis. cxciiij.
Repleti domine muneribus sacris quesumus: vt intercedentibus sanctis tuis in gratiarum tuarum semper actione viuamus. Per dñm. ¶ Egidij cōfessoris. Intr̄. Os iusti medi.. cxcvij. Cōplen.
Deus qui famulum tuum egidium misericordez fecisti intercessorem pro peccatis omnium: da nobis interuentu ipsius nostrorum veniam peccatorum: ⁊ eterne beatitudinis optabilem letitiam. Per. Epistola. Dilectus deo ⁊ hoībus. cxcix. Grad. Domine preueni. cxcvj. Alla. ℣. Iste sanctus nō habet̄. Sequētia de simplici confessore. Euangeiium. Ecce nos relinquimus oīa. Require in commemoratione sancti pauli. clxiiij. Offe. Posuisti dñe. cxcvij.
Beati egidij famuli tui domine tibi grata precatio ⁊ munera nostra commendet: ⁊ tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dominum. Cō. Fidelis seruus. cc. Cōmplen.
Quesumus dñe: vt beati egidij confessoris tui dep̄catione sacramēta q̄ sumpsimus: ⁊ ad tue nobis

pficiant placatiõis augmentuz. p.

¶ In natiuitate marie virginis.



Audea Introi. mus omnes in domino diem festum celebrãtes in honore marie virginis de cuius natiuitate gaudẽt angeli ⁊ collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meũ vbũ bonũ dico ego opa mea regi. Hamulis tuis domine Oro. celestis gratie munus impartire: vt quibus beate marie vginis: partus extitit salutis exordium: natiuitatis eius votiua solennitas pacis tribuat incrementum. per. Epistola. Dominus possedit me. Requine fo. cliij. Gradua. Propter veritatẽ ⁊. ccij. Alle. ỽ. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe ortа de tribu iuda: clara ex stirpe dauid Stirpe maria regia p- Sequen. creata regem generans iesum. Laude digna angelorum sanctorum. Et nos peccatores tibi devotos intuere benigna. Tu pios patrum mores ostentas in te: sed excellis eosdem. Patris tui salomonis in te lucet sophia. Et ezechie apud deum cor rectum sed nunq̃ in te corrumpendum. Patris iosie adimpleuit te religiositas. Summi etiam patriarche te fides totam possedit patris tui. Sed qd nos istos recensemus horas. Qui tuus natus omnes precellat illos atq; cunctos per orbem. Nos hac die tibi gregatos serua virgo in lucem mundi qua prodisti paritura celorũ lumen. Euange. Liber generationis iesu christi. Require in cõceptione fo. cliij. Offerto. Aue maria gra. ccviij.

Quigeniti tui dñe nobis succurrat hũanitas: vt q natus de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius soleniis a nostris nos piaculis exuens oblationem nr̃am sibi faciet acceptam iesus christus dominus noster. Qui tecũ vi. Secr. Prefatio. Et te in natiuitate. Comunio. Bissusa est gratia. cciij. Complenda.

Sumpsimus dñe celebritatis annue votiua sacramenta: p̃sta q̃s: vt intercedente beata dei genitrice maria temporalis vite nobis remedia prebeant eterne. Per eũ. ¶ Eodẽ die adriani martyris. Introi. Letabit iustus. cxciij. Oro.

Adesto dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercessione beati adriani martyris tui perpetuã nobis misericordiã benignus impende. Per. Grad. Dñe pueniisti. cxcvj. Alle. ỽ. Beatus vir qui timo. cxcvj. Offer. Gloria ⁊ honore. cxcvij. Secr.

Oblatis domine placare muneribus: ⁊ intercedente beato adriano martyre tuo: a cunctis nos defende piculis. Per. Comu. Posuisti domine. cxcvij. Cõplenda.

Celestibus refecti sacramẽtis ⁊ gaudiis: supplices te rogamus domine: vt quoz gloriamur triumphis protegamur auxiliis. Per. ¶ De sancto corbiniano fiat officiũ sicut de sancto rudperto. ¶ Proti ⁊ hiacynthi martiz. Introit. Judicant sancti. cxc. Oratio.

Beati

Beati prothi nos dñe ⁊ hiacynthi foueat p̄ciosa ꝯfessio: ⁊ pia iugiter intercessio tueat̄. p. Epi-sto. Qui timet deū. cxcj. Gra. Uindica dñe. cxcij. Alla. ℣. Corpora santoꝝ. cxcij. Euange. Cū audieritis. cxciij.

Offer. Gloriabuntur. Secreta. Pro scōꝝ ꝓthi ⁊ hiacynthi cō memoratiōe munera tibi dñe q̄ debemus exoluimus: presta q̄s: vt remediū nobis ꝑpetue salutis opent̄.

Cō. Aīa nr̄a. cxciiij. Comp. Vt p̄cepta nos dñe tua sancta purificent: bti ꝓthi ⁊ hiacynthi q̄s imploret oro. p. ¶ In festo septem dormiētiū. Intr̄. Judicāt sci. cxc. Oro.

Deus qui gloriosos resurrectionis tue p̄cones septē dormientes maximianū malchū martinianū dionysiū ioannē serapionē ⁊ cōstantinum magnifice decorasti: p̄sta q̄s vt eoꝝ precibus resurrectionē sctām que in illis mirabiliter ostēsa est cōsequamur. Qui vi. Secre. ⁊ cōpl̄. de cōi martyꝝ. ¶ In festo exaltatiōis sctē crucis. Introit⁹.



Nos autē gloriari oportet i cruce domini nr̄i iesu chr̄i in quo est salus vita ⁊ resurrectio nr̄a: p quē saluati ⁊ liberati sumus: ps. De⁹ misereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū sup nos ⁊ misereat̄ nr̄i. Oro.

Deus qui nos hodierna die exaltationis scē crucis: annua solēnitate letificas: p̄sta: vt cuius mysteriū in terra cognouimus: eius redēptiōis p̄mia i celo cōsequi mereamur. p. Epl̄a. Hoc enī sentite. fol. Gra. Chr̄s factus est ꝓ nobis obediens vsq; ad mortē mortem aūt crucis. ℣. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē qd̄ est sup oē nomen. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera: q̄ sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ ⁊ hoiuz. Sequen.

Laudes crucis extollam⁹ nos q crucis exultamus spāli gloria. Dulce melos tāgat celos dulce lignū dulci dignū canim⁹ melodia. Voci vita nō discordet dū vox vitā non remordet dulcis est simphōia. Serui crucis crucē laudāt q̄ p crucē sibi gaudēt vite dari munera. Dicāt oēs ⁊ dicāt singuli aue salus totius seculi arbor saluti fera. O q̄z felis q̄z p̄clara fuit hec salutiara rubēs agni sanguīe. Agni sine macula q̄ mūdauit scl̄a ab antiquo crimine Hec ē scala pcōꝝ p quā xp̄s rex celorū ad se traxit oīa. Forma cuius hec ostēdit q̄ terraꝝ cōprehēdit q̄tuor confinia. Non sunt noua sacr̄a nec recēter est ī uenta crucis hec religio. Ista dulces aq̄s fecit p hāc silex aq̄s iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce muniat hō supliminaria. Neq; sensit gladiū nec amisit filiū q̄squis egit talia. Ligna legēs in sarepta spē salutis est adepta paup muliercula. Sine liguis fidei nec lechitus olei valet nec farinula. In scripturis sub figuris ista latēt sed iā patēt crucis bn̄ficia. Reges credūt hostes cedūt sola cruce chr̄o duce pauci fugāt milia. Roma naues vniuersas ī ꝓfundo vidit mersas vna cū maxentio. Frisi traces cesi p̄se ceditptis dux aduerse victus ab heraclio. Ista suos fortiores semp facit ⁊ victores: morbos sa

Lviii quadrat in Dñica palmarum.

nat. ⁊ lãguores reprimit demõia. Dat captiuis libertatẽ: vite cõfert nouitatem ad antiquã dignitatẽ crux reduxit oĩa. O crux lignũ triũphale mũdi v̄a salus vale: iter ligna nullũ tale frõde flore germine. Medicina chr̄iana salua sanos: egros sana qd̄ nõ valet vis hũana fit in tuo noĩe. Assistentes crucis laudi cõsecrator crucis audi: atq; seruos tue crucis post hãc vitã v̄e lucis trãsfer ad pallacia. Et quos crucem vis subire fac tormẽta nõ sentire: sed cũ dies erit ire nobis cõfer ⁊ largire sempiterna gaudia.

In illo tpe: Scd̄z ioãnẽ. xij. ca. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Ego si exaltat⁹ fuero a terra: oĩa trahaz ad me ip̄m. Hoc aũt dicebat significãs qua morte esset moritur⁹. Rñdit ei turba: Nos audiuim⁹ ex lege: quia chr̄s mãet ieternum: ⁊ qũo tu dicis: opz exaltari filiũ hois? Quis ẽ iste fili⁹ hois? Dicit ergo eis iesus: Adhuc modicũ lumẽ ĩ vobis ẽ. Ambulate dũ lucẽ hẽtis: vt nõ tenebre vos cõprehẽdãt. Et q ãbulat ĩ tenebris nescit quo vadat: dũ lucẽ hẽtis: credite in lucẽ: vt filij lucis sitis. vel euangeliũ. Erat hõ ex phariseis. Reqre ĩ festo iuẽtiõis scẽ crucis clix. Credo.

Offer. Protege dñe. clix. Secr. Hec oblatio q̄s dñe ab oĩbus nos purget offensis: q̄ ĩ ara crucis ĩmolata: etiã toti⁹ mũdi tulit offẽsam. p. Cõ. Nos aũt gl̄iari opz ĩ cruce dñi

Refecti cibo nr̄i iesu chr̄i. Cõp. potuq; celesti: q̄s op̄s deus: vt nos ab hostiũ defendas formidine: quos redemisti p̄cioso sanguine filij tui dñi nr̄i iesu chr̄i. Qui te. ¶ Cornelij ⁊ cipriani martyꝝ. Int̄. Salus

In firmitatẽ nr̄az aũt. cxc. Or̄o. q̄s dñe ꝓpiti⁹ respice: ⁊ mala oĩa q̄ iuste meremur scõꝝ tuoꝝ cornelij ⁊ cypriani ĩtercessiõe placat⁹ auerte. Per. Epl̄a. Lingua sapi. cxcj. Gra. Justoꝝ aĩe. cxcij. Al̄l. Exultẽt iu. cxcij. Euãge. Ue vobis q edificatis. Reqre fol. cxciiij. Of. Mirabilis deus.

Plebis tue dñe cxciiij. Secre. munera benign⁹ ĩtẽde: q̄ maiestati tue ꝓ scõꝝ martyꝝ tuoꝝ cornenelij ⁊ cypriani solẽnitate sunt dicanda. Per. Cõ. Justoꝝ aĩe. cxciiij. Cõ.

Quesumus op̄s de⁹ salutarib⁹ repleti mysterijs: vt quoꝝ solẽnia celebram⁹: eoꝝ or̄onib⁹ adiuuemur. Per. ¶ In octaua btẽ virginis oĩa: vt in die. ¶ Lucie Euphemie ⁊ Geminiani martyꝝ. Int̄. Sa

Presta pientiã scõꝝ. cxc. Or̄o. q̄s dñe p̄cib⁹ nr̄is cũ exultatione ꝓfectũ: quoꝝ diẽ passionis ãnua deuotione recolim⁹: ẽt fidei cõstãtiã subseq̄mur. p. Gra. Justoꝝ aĩe. cxcij. Al̄la. Justi aũt. cxcij. Of. Gl̄iabunt̄.

Vota populi tui cxciiij. Secre dñe ꝓpitiat⁹ intẽde: ⁊ quoruz nos tribuis solẽnia celebrare fac gaudere suffragijs. Cõ. Justoꝝ aĩe. cxciiij.

Exaudi dñe p̄ces nr̄as ⁊ scõꝝ tuoꝝ quoꝝ solẽnia celebram⁹ foueamur auxilijs. p. ¶ Lãperti ꝯfes. or̄o.

Deus qui nobis salutarẽ hodierna die ĩ bti lãperti martyris tui atq; põtificis festiuitate dedisti letitiã: presta q̄s: vt ⁊ ꝯuersationis eius expiamur ĩsignia: ⁊ ĩtercessiõe ei⁹ placita tibi mẽte iugiter famulemur. Per. Secre.

Sicut ad munera abel dñe de⁹

vultu placido respexisti: ita q̄s sacrificia ista tibi sint placabilia: vt bti lāperti marty. tui atq; pōtificis digne pagam⁹ votiua solēnia. per. Comp.

Sicut dedisti dñe māna i deserto munere gratuito imeritꝫ ⁊ i gratis: ita ⁊ nobis p̄cib⁹ bti lāperti martyr is tui atq; pontfiicis tribue cibū salutis eterne. p. ¶ In festo scārū v̄ginū ac martyꝝ euphemie dorothee thecle ⁊ erasme. Introitus.



Audeamus oēs in dño diē festū celebrantes in honore scāꝝ martyꝝ: de q̄ruꝫ passiōe gaudēt angeli ⁊ collaudāt filiū dei. p̄s. Exultate iusti i dño rectos decet collaudatio. Oro immediate sequēs ꝯpetit solū ipsi festo ⁊ vsq; ad octauā.

Deus q sctām nobis huiꝰ diei solēnitatē p btāꝝ virginū ac martyꝝ tuaꝝ eufemie dorothee tecle ⁊ erasme gl'iosa passione dedisti: adesto familie tue p̄cib⁹ ⁊ da: vt quaꝝ merita veneramur: eaꝝ oro nib⁹ adiuuemur. p. Alia oro cōis q̄ quolibet tpe dr̄.

Omp̄s sempiterne de⁹ ꝓpitiare nobis famulis tuis p btāꝝ v̄ginū ac martyꝝ tuarū eufemie dorothee tecle ⁊ erasme: q̄rū corpa i p̄nti reqescūt eccl'ia merita gl'iosa: vt eaꝝ pia itercessione ab oib⁹ ꝓtegamur aduersis ⁊ celestib⁹ muniamur auxiliis. p. Gra. Gl'iosus de⁹. cxij. All'a. Adducent̄. ccij. Sequē. Agōe triūphali. cxcij. Of. Offerēt̄ p cciij. Secre. p ābabus collect̄.

Resentia mūera q̄s dñe ita serena pietate ituere: vt scīspiritus perfundant̄ bñdictōe: ⁊ nr̄is cordib⁹ eā dilectionē ifundāt p quā scāꝝ v̄ginū ac martyꝝ tuaꝝ ꝯstātia oia corpis deuicit tormēta. p. Cō. Quiq; prudē. cciij. Cō.

Sumpsim⁹ dñe i scārū virginū martyrūq; tuaꝝ solēnitate celestia sacr̄a q̄rū suffragiuꝫ nobis q̄s dñe largiaris: vt qd̄ tpal'r gerimus eternis gaudijs ꝯseq̄mur. per. ¶ Eustachij. ⁊ socioꝝ ei⁹. Oro.

Beatissimoꝝ nos q̄s dñe martyꝝ tuoꝝ eustachij cū socijs suis venerāda passio tueat̄: vt sic̄ illos a feraꝝ morsib⁹ igniūq; cruciatib⁹ eruisti: ita nos quoq; a spiritalibus bestijs noxijsq; incendijs liberare dignis. Per. Secre.

Sit tibi pater op̄s hoc holocaustum sicut qd̄ tibi obtulit qui pctā nostra i cruce pertulit ⁊ sctō eustachio cū socijs suis intercedente: ad tua scā sumenda dignos preparare. p. Com.

Sicut btūs eustachius cū socijs suis dñe in celesti claritate purus rutilat: sic scā que sumpsim⁹ intercedētib⁹ illis puros tibi nos efficiant. Per. ¶ In vigilia matthei. apl'i ⁊ euāgeliste. Intro. Ego aūt sicut clxxxvij. Oro.

Da q̄s op̄s deus vt bti matthei apostoli tui ⁊ euāgeliste quā p̄uenim⁹ venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. p. Epl'a. Btūs vir q iuēt⁹ ē sine clxxxvij. Cetera de cōi apl'oꝝ. Scōꝫ lucā. v. ca.

In illo tpe. Uidit iesus publicanū noie leui sedētez ad theloneū: ⁊ ait illi. Seq̄re me. Et relictis oib⁹ surgēs secut⁹ est eū. Et fecit ei conuiuiū magnū leui in domo

sua: ⁊ erat turba multa publicanoꝝ ⁊ alioꝝ qui cũ illis erãt discũbẽtes. ⁊ murmurabãt pharisei ⁊ scribe eorũ dicẽtes ad discipulos eius. Quare cũ publicanis ⁊ pctõribus mãducatis ⁊ bibitis? Et rñdens iesus dixit ad illos: Nõ egẽt q sani sunt medico: sz q male hñt. Nõ eni veni vocare: iustos sz pcõres ad pniaz. Sec.

SAcrãdũ tibi dñe munus offerimus: quo bti matthei apli tui ⁊ euangeliste solẽnia recolentes: purificationẽ quoqz nr̃is mẽtib⁹ imploremus. Per do. Comp.

BEati matthei apli tui ⁊ euãgeliste q̃s dñe supplicatione placatus intende: ⁊ veniã nobis tribue ⁊ remedia sempiterna. p. ¶ In die scõ. Intro. Os iusti medita. cxcvij Oratio.

BEati matthei apli ⁊ euãgeliste dñe p̃cibus adiuuemur: vt qđ possibilitas nr̃a non obtinet: ei⁹ nobis intercessione donet̃. Per. Epl̃a. Unicuiqz nr̃m data est. Reqre in vigilia ascẽsionis. lxxxvj Grad. Btũs vir. cxcix. Alla. Jã non estis. clxxxix. Seqn. Plausu chorus leta. clxxxviij.

IN illo tpe. Scđz mattheũ. ix. c. Uidit iesus hoiem sedentem in theloneo mattheũ noie: ⁊ ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eũ. Et factũ est discũbente eo in domo simonis leprosi: ecce multi publicani ⁊ pctõres venientes disccũbebãt cũ iesu ⁊ discipuli eius. Et videntes pharisei dicebant discipulis eius: quare cũ publicanis ⁊ pctõrib⁹ mãducat magister vester? At iesus audiens ait. Non est opus valẽtib⁹ medicus: sed male hñtibus. Euntes autẽ discite quid est misericordiã volo: ⁊ nõ sacrificiũ. Nõ eni veni vocare iustos sed pctõres. Credo. Offerto.

SInueni dauid seruuz. cc. Secre. Upplicationibus apl̃icis bti matthei apli tui ⁊ euãgeliste q̃s dñe ecclesie tue cõmendet̃ oblatio: cuius magnificis p̃dicationibus erudit̃. Per. Prefatio đ apl̃is Com. Magna est gloria. cxcvij. Complẽ.

PErceptis dñe sacramẽtis: beato mattheo aposto lo tuo ⁊ euangelista interueniente dep̃camur: vt q̃ ꝓ illius celebrata sunt gloria: nobis ꝓficiant ad medelã. per. ¶ Mauricij ⁊ socioꝝ. Intro. Judicãt sci gẽtes. cxc.

ASsit nobis quesumus Oro. domine beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ mauricij ⁊ socioꝝ eius sancta precatio: que nos ⁊ a terrenis affectibus incessabiliter expediat: ⁊ celestia semper desiderare perficiat. Per. Epistola. Rñdit vnus. Require in cõmu. cxcj Grad. Exultabunt scti. cxcii. Alla. Hec est vera fraternitas. cxcii. Euangeliũ. Cũ audieritis. cxciij Offerto. Anima nostra.. cxciiii. Secreta.

SUscipe domine sacrificiũ placationis ⁊ laudis qđ nos iteruenientibus sanctis tuis offerimus: ⁊ ad veniaz perducat: ⁊ in perpetuã gratiaꝝ actionẽ cõstituat. Per. Cõmu. Dico aũt vobis. cxciiii. Cõplen.

QUesum⁹ domine deus noster: vt interuenientib⁹ sanctis tuis sacrosancta mysteria que sumpsimus: fide ⁊ actione subsequamur. Per. ¶ Rudberti cõfessoris ⁊ epi.

PRopiciare quesumus Oro. domine nobis famulis tuis ꝑ

beati rudberti cõfessoris tui atq; põtificis merita gloriosa: vt eius pia intercessiõe ab oib⁹ ꝓtegamur aduersis. ꝑ. Secre.

SUscipiat clemẽtia tua dñe deus q̃s de manibus nr̃is munus oblatũ: vt ꝑ hui⁹ sancti confessoris tui atq; pontificis rudberti intercessionẽ ab oibus nos emundet pctis. Per dñm. Cõplen.

DIuina libantes mysteria: que pro sancti confessoris tui atq; pontificis rudberti veneratione tue obtulimus maiestati: presta q̃s dñe: vt per ea veniam mereamur pctõꝝ: ⁊ celestis gratie donis reficiamur. Per dñm. ¶ In octaua quatuor virginũ fit vt in die supra ¶ In festo cosme ⁊ damiani martyrum. Introitus. Sapientia scõꝝ. clxxxix. Oro.

ADesto nobis domine sanctorũ martyrum tuorũ cosme ⁊ damiani intercessiõe placatus: ⁊ quos pati pro tuo nomine tribuisti: fac tuis fidelibus suffragari. Per dominum. Episto. Qui timet deum. cxcj. Gradua. Clamauerunt. cxcij. Alleluia. Justi epulent̃. cxcij. Euangelium. Descendens iesus de monte. cxciij. Offerto. Gloriabunt̃. cxciiij. Secreta.

SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio: q̃ ⁊ munera nostra tibi conciliet: ⁊ tuã nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrũ. Commu. Posuerunt mortalia. cxciiij. Complẽ.

PRotegat quesumus domine populum tuum ⁊ participatio celestis indulta conuiuij: ⁊ deprecatio collata sanctoruz. Per dominũ. ¶ Michaelis archangeli. Introit⁹.



Benedicite dño oẽs angeli eius potentes virtutes q facitis verbũ eius ad audiendã vocẽ sermonũ ei⁹. ꝑs. Benedic aĩa mea dominñ: ⁊ oĩa q̃ ĩtra me sunt nomini sancto eius. Oratio.

DEus qui miro ordine: angeloruz ministeria hoĩumq; dispẽsas: concede ꝓpitius vt a qdus tibi ministrantibus in celo semꝑ assistit̃: ab his in terra vita nr̃a muniat̃. ꝑ. Lectio libri apocalypsis bti ioãnis apli. xij. ca.

IN diebus illis. Factũ est prelium magnuz in celo: michael ⁊ angeli eius preliabantur cũ dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius: ⁊ non valuerunt: neq; loc⁹ inuentus est eoꝝ amplius ĩ celo. Et proiectus est draco ille magnus: serpẽs antiquus: qui vocat̃ diabolus: ⁊ sathanas q seducit vniuersum orbem: ꝓiectus est ĩ terrã: ⁊ angeli eius cum eo missi sunt. Et audiui vocem magnã de celo dicentẽ: Nunc facta est salus ⁊ virt⁹ ⁊ regnũ dei nr̃i ⁊ potestas chr̃i eius qꝛ proiectus est accusator fratrũ nr̃oꝝ: qui accusabat illos ante conspectũ dei nr̃i die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum ꝓpter sanguinẽ agni: ⁊ ꝓpter verbũ testimõij sui: ⁊ non dilexerunt aĩas suas vsq; ad mortẽ. Propterea letamini celi ⁊ qui hĩtatis in eis. Grad. Benedicite dño oẽs angeli eius potentes virtutes qui facitis verbũ eius. ℣. Benedic aĩa mea dño ⁊ oĩa ĩteriora mea nomẽ sanctum eius. Alla. ℣. Concussuz ẽ ma-

re ⁊ contremuit terra vbi archãgelus michael descendebat de celo. Sequentia

AD celebres rex celice laudes cũcta pangat canora caterua symphonia. Odas atq; soluat contio tibi nr̃a. Cum iã renouãt michaelis iclyta valde festa. Per que letabũda perozantur machina mundi tota. Nonies destincta pneumatũ sunt agmia p te facta. Sed cũ vis: facis hec flamea p angelicas officinas. Inter primeua sunt hec nã creata tua cũ simus nos vltima factura sz imago tua. Theologica cathegorizãt simbola nobis hec ter tripartita p priuata officia. Plebs angelica phalãx ⁊ archangelica principans turma virtutis vranica ac potestas almiuoma. Dominantia numina diuinaq; subsellia cherubin etherea ac seraphin ignicoma. Cos o michael celi satrapa gabrielq; vera dãs verbi nũcia. Atq; raphael vite vernula: trãsferte nos intra paradisico las. Per vos patris cũcta cõplent mãdata que dat eiusdẽ sophia: cõpar quoq; pneuma vna pmanẽs inuisa cui estis ad ministrantia deo milia militũ sacra. Qui ces p bis qnas bis atq; qngenta vestra cẽtena millena assistunt in aula ad quẽ rex ouẽ centesimã verbigena dragmãq; decimã vr̃a duxit ad algamatha. Cos per ethra nos p rura terra pars electa armonie vota demus hinc p liricas cytharas. Quo post bella michaelis inclyta nr̃a deo sint accepta aureã sup aram thimiamata. Quo in coeua iã gr̃ia. Conde cantem' alr̃a. Scõm matthæũ. xviij. c.

IN illo tpe. Accesserunt discipuli ad iesum dicẽtes: Quis putas maior est i regno celoz? Et aduocãs iesus paruulũ: statuit eũ in medio eorum ⁊ dixit: Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnũ celorum. Quicũq; enim humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est i regno celoz: ⁊ qui suscepit vnũ paruulum talez in noie meo me suscipit. Qui aũt scandalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei: vt suspendat̃ mola asinaria in collo eius ⁊ demergat̃ in pfundũ maris. Ue mundo a scandalis. Necesse est enim: vt veniant scandala: verũtamen ve hoi per quẽ scandalũ venit. Si autem manus tua vel pes tuus scãdalizat te: abscide eũ ⁊ pjice abste. Bonum est tibi ad vitã ingredi debilem vel claudum q̃z duas mãus vel duos pedes hr̃tez: mitti in ignẽ eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eũ ⁊ proisce abste. Bonum est tibi vnum oculum hr̃tez in vitam intrare: q̃z duos oculos habẽtem mitti in gehennam ignis. Uide te ne contemnatis vnũ ex his pusillis: dico enim vobis q: angeli eoz i celis semper vidẽt faciem patris mei qui in celis est. Credo. Offertorij.

Stetit angelus iuxta arã tẽpli hr̃i tribulum aureũ in manu sua: ⁊ data sunt ei incensa multa: ⁊ ascendit fumus aromatũ in cospectu dei alr̃a. Secre

Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter deprecantes: vt easdem pro nobis angelico interuenie te suffragio ⁊ placat' accipias: ⁊ ad saluté nr̃am prouenire concedas. p. Cõmunio.

Benedicite omnes angeli domini domino: hymnum dicite ⁊ superexaltate eum in secula. Complen-

Beati archangeli tui michaelis intercessione suffulti: supplices te domine deprecamur: vt quos honore prosequimur contingamus ⁊ mente. Per. ¶ Hieronymi presbiteri. Introitus. Os iusti. cxcvij. Oro.

Deus qui nobis per beatũ hieronymũ confessorem tuũ scripture sacre mystica sacramenta reuelare dignatus es: concede propitiꝰ: vt cuius natalitia colimus eius semper erudiamur doctrinis ⁊ meritis adiuuemur. Per. Epistola. Testificor coram. cxcviij. vel. Sapiẽtia laudabit aiam suam. ccij. Grad. Os iusti meditabit. cxcix. Alleluia. Serue bõe. Sequentia de cõmuni confessoruz. Euãgelium. Uos estis sal ter. cxcix. Offer. Desiderium. cxcvij. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ nobis fiat eius supplicatione salutaris pro cuius solẽnitate defert. Per dominũ. Cõmu. Fidelis seruus. cc. Cõ.

Repleti alimonia celesti quesumus domine: vt interueniente beato hieronymo confessore tuo misericordie tue gratiam consequi mereamur. Per. ¶ Remigij germani ⁊ vedasti antistitũ. Introitus. Oro.

Exaudi Statuit ei dñs. cxcvij. domine populum tuum ⁊ sanctorum tuorum remigij germani ⁊ vedasti antistitum solennia celebrãtem: ⁊ tẽporalis vite nos tribue pace gaudere: ⁊ eternum reperire subsidium. Per dominum nostrum. Epistola. Omnis pontifex. Grad. Iurauit dñs. cxcix. Alla. Elegit te. cxcix. Euãgeliuz. Sint lũbi vestri. cc. Of.

Pueritas mea ⁊ mi. cc. Secreta. Reces nostras quesumus domine ⁊ tuorum propitius respice oblationes fidelium: vt tibi grate sint ĩ tuorum festiuitate sanctorum: ⁊ nobis conferant tue propitiationis auxiliuz. Per. Communio. Fidelis seruus et. cc. Com.

Refecti sacramenti repationis hũane: p̃sta q̃s domine vt p ea q̃ nobis munere celesti prebere dignatus es: per hec eadem nobis tribuas ĩherere donis celestibus. Per. ¶ Francisci confessoris. Intro. Os iusti meditabit. cxcvij.

Deus qui ecclesiam tuã beati francisci meritis fetu noue ꝓlis amplificas: tribue nobis ex eius imitatiõe terrena despicere: ⁊ celestium donorum semper participatione gaudere. Per. Ad galathas. vj. ca.

Fratres: mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quem mihi mundus crucifixus est ⁊ ego mundo. In christo enim iesu neq; circuncisio aliquid valet neq; prepuciũ: sed noua creatura: ⁊ quicunq; hãc regulã secuti fuerint: pax ⁊ misericordia dei super israel. Decetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini iesu ĩ corpore meo porto. Gratia domini nostri iesu christi cum spiritu vestro amen. Gradua. Domine p̃uenisti. cxcvj. Alleluia. ℣. O patriarcha pauperum francisce tuis precibꝰ auge tuorum numeꝝ in charitate quos cancellatis manibus excutiens: vt moriens iacob benedixisti. Sequẽtia de simplici ꝯfessore Euãge. Cõfitebor tibi pr̃. cxciiij. Offer. Desideriũ aĩe. cxcvii.

Munera tibi dñe dica- Secre.
ta sctifica. ⁊ intercedente: btõ
frãcisco corda nr̃a ab oĩ culpaꝝ labe
purifica. p. Cõ. Posuisti dñe. cxcvij.
Ecclesiaꝫ tuã q̃s dñe Cõplen.
celestis gr̃e munus amplificet
quaꝫ btĩ frãcisci illuminare voluisti
gl̃iosis meritis ⁊ exẽplis. Per. ¶ Fi-
dis v̄ginis ⁊ martyris p totũ: vt in
cõi de v̄gine ⁊ marty. ccj. ¶ In festo
sci marci pape. Int̃. Statuit ei dñs.
Exaudi dñe pre- cxcvij. Oro.
ces nr̃as ⁊ ĩterueniẽte btõ mar
co ꝯfessore tuo atqꝫ põtifice: suppli-
catiões nr̃as placat⁹ ĩtẽde. p. Epl̃a.
Plures facti sunt. cxcviij. Gra. Inue
ni da. cxcix. All̃. Jurauit do. cxcix. Se
que. de cõi põtificũ. Euãge. Hõ qdã
pegr̃. cxcix. Of. Veritas mea. cc. Sec.
Accepta sit tibi dñe sacrate ple
bis oblatio pro tuoꝝ honore
sctõꝝ quoꝝ se meritis pcepisse de tri
bulatione cognoscit auxiliũ. p. Cõ.
O Magna est gl̃ia. cxcvij. Cõplẽ.
A q̃s dñe fidelibus ppl̃is scõ
rum tuoꝝ semp veneratiõe letari: ⁊
eoꝝ ppetua supplicatiõe muniri. p.
¶ Dionysij ⁊ sociorũ eius. Intro.
Timete dominum. cxc. Oratio
Deus q hodierna die btũꝫ dio
nysiũ martyrez tuũ v̄tute cõstãtie in
passione roborasti: quiqꝫ illi ad p̃di-
canduꝫ gẽtibus gl̃iam tuã rusticum
⁊ eleutheriũ sociare dignatus es: tri
bue nobis q̃s ex eoꝝ imitatione pro
amore tuo prospera mũdi despicere:
⁊ nulla eius aduersa formidare. per.
Epl̃a. Bñdict⁹ de⁹ ⁊ pr̃. cxcj. Euãg.
Hsi quis vult. cxcvj. Secreta.
Hostias. q̃s. dñe quas sctõruꝫ
tuoꝝ dionysij rustici ⁊ eleutherij na
talicia recẽsentes offerimus: ⁊ vincu
la nr̃e prauitatis absoluãt: ⁊ tue no-
bis mĩe dona ꝯciliẽt. Per. Cõplen.
Quesumus op̃s deus vt q ce-
lestia alimẽta pcepimus: inter
cedẽtibus scis martyribus tuis dio
nysio rustico ⁊ eleutherio: per hec
ꝯtra oĩa aduersa muniamur. Per.
¶ Gereonis ⁊ socioꝝ eius. Intro.
Sapientiã sctõꝝ. cxc. Oratio.
Resta q̃s op̃s deus vt sicut po
pulus xp̃ianus martyꝝ tuoꝝ gereo
nis sociorũqꝫ eius tpali solẽnitate cõ
gaudet: ita pfruatur eterna: ⁊ qd̃ vo
tis celebrat pio effectu cõprehendat.
Per epl̃a. Spectaculum facti. cxc.
Gra. Exultabunt sci. cxcij. All̃a. Cor
pora sctõꝝ. cxcij. Sequẽtia. Agone tri
umphali. cxcij. Euãg. Cũ psequẽtur.
cxciij. Offe. Letamini in. xciiij. Sec̃.
Hec hostia q̃s dñe solẽniter im-
molãda pro tuoꝝ cõmemora
tione sanctoꝝ: ꝯscientias nr̃as emũ
det semp ⁊ ꝓtegat. p. Cõ Justoꝝ aĩe.
Quesumus clxxxviij. Cõplẽ.
op̃s deus vt q celestia alimen
ta pcepimus intercedẽtib⁹ scis mar
tyribus tuis p hec ꝯ oĩa aduersa mu
niamur. Per. do. ¶ Calixti pape ⁊
martyris fiat vt de sctõ marco papa.
Deus qui ꝯspicis ex no Oro.
stra ĩfirmitate nos deficere: ad
amorem tuũ nos misericorditer per
sctõꝝ tuoꝝ exẽpla restaura. p. Secr̃.
Mystica nobis prosit dñe obla-
tio que nos ⁊ a reatibus no-
stris expediat: ⁊ perpetua salutatio-
ne cõfirmet. Per. Complẽ.
Quesumus oĩpotens deus:

vt reatum nr̃m munera sacrata puri ficent: ⁊ recte viuendi nobis operen tur effectum. Per. ¶ Galli abbatis. Introitus. Justus vt palma. cxcvij.

Concede q̃s Oipotẽs Oro. deus: vt sicut beati galli cõfes soris tui solẽnia agimus: sic ad tua beneficia ꝓmerenda maiestatem tuã ipse pro nobis p̃ueniat. Per. Epl̃a. Dilectus deo ⁊ ho. cxcix Grad̃. Dñe preuenisti. cxcvj. All̃a. Justus vt palma. cxcvi. Sequentia. Dilectus deo. cci. Euang. Facilius est camelũ. Re quire supra marci euangeliste. clxi. Offe. Posuisti dñe. cxcvij. Secreta.

Hostias dñe quas nomini tuo sacrandas deferimns scti galli confessoris tui ꝓsequatur oro: per quam nos expiari tribuis ⁊ defendi. p. Com. Fidelis seru⁹. cc. Cõpl.

Repleti dñe bñdictione celesti: q̃s clementiam tuã: vt intercedente btõ gallo ꝯfessore tuo: q̃ humiliter gerimus: salubriter sentiamus. p. ¶ Luce euãgeliste Intro.

Os iusti medi. cxcvij. Oratio. Interueniat pro nobis q̃s domine sanctus tuus lucas euangelista: qui crucis mortificationẽ iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per. Epl̃a. Similitudo vultus. clxxxviii. Gra. Os iusti medita. cxcviiii. All̃. Celi enarrãt. clxxxviii. Sequẽtia. Plausu chorus clxxxix. Euãgeliũ. Cõuocatis iesus. Reqre quinta feria post penth̃. cxcii. Of. Desideriũ aĩe. cxcvij. Sec.

Da q̃s op̃s deus: vt munera q̃ sacramus interueniẽte btõ luca euangelista tuo ⁊ medelaz nobis operentur ⁊ gloriaz. Cõm. Magna

Pest gloria. cxcvij. Complenda. Resta q̃s op̃s deus: vt id qd̃ de sctõ altari tuo ꝑcepim⁹: p̃cib⁹ btẽ euãgeliste tui luce aĩas nr̃as ⁊ corpora nr̃a sanctificet. per. ¶ Undecim milium virginuz ⁊ martyrũ. Intro. Gaudeamus. ccj. psal̃. Exultate iusti

Da nobis dñe deus nr̃ Oro. sanctoꝝ virginũ ac martyruz tuaꝝ palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente celebrare nõ possumus humilibus saltem frequẽtemus obsequijs. Per. Epl̃a. Sancti per fidẽ. cxcj. Gradu. Gloriosus deus. cxcij. All̃a. Adducẽtur. ccij. Sequẽtia de cõmuni martyrum. Euãgelium. Cum audieritis.

Scxciij. Of. Offerent̃. ciij. Sec. Suscipe q̃s dñe ob honorẽ sanctaꝝ virginum ac martyꝝ tuaꝝ munus oblatũ: ⁊ qd̃ nostris meritis nõ valemus earũ intercessionibus largire supplicibus Cõ. Quinqz prudentes.

Sacramẽtis cciij. Cõplẽ. q̃s dñe muniamur acceptis: ⁊ sanctaꝝ martyrum tuarum intercessione ꝯtra omnes neqtias irruentes armis celestibus protegamur. p. ¶ In vigilia simonis ⁊ iude. Intro.

Cinter in cõspectu. cxc. Oratio. Concede q̃s op̃s deus: vt sicut apostoloꝝ tuorum simonis ⁊ iude gloriosa natalitia p̃uenimus sic ad tua beneficia ꝓmerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. p. Epl̃a. Justoꝝ aĩe. cxci. Gra. Uindica. clxij. Euãg. Ego suz vitis vera.

Mclxxxvij. Of. Exultabũt. cxciiij. Uneribus nostris dñe Sec.

apl'oꝝ tuoꝝ simonis ⁊ iude festa p̄cedētes q̄s: vt q̄ ꝯsciētie nr̄e p̄pediū tur obstaculis: illoꝝ meriꝭ tibi grata reddant̄. Per. Com. Justoꝝ aīe.

